orſum.] Per hoc oſtiū intrauit in eā filius dei. et venit ad nos. et fuit [in latere ar-
che deorſum] q̄a virgo fuit nō ſolum mēte. ſed etiā carne. Uel [oſtiū i latere arche]
filius in ventre. q̄ dicit Johā. x. Ego ſum oſtiū.
Sexto cōmendat a conceptōe ſaluatoris et merito interceſſiōis. cū dicit ter filio.
[Ingredere archā] carnē de virgine aſſumēdo [tu et vxor tua] .ſ. celeſtis ſapiētie.
Sap. viij. Queſiui mihi ſponſam illā aſſumere [et filij tui] dona ſpūſſancti [et vxo
res filiorū tuorū] .ſ. ſeptem ille virtutes de quibꝫ Jaco. iij. de ſapiētia que deſurſū
deſcendit. ꝗ pmū pudica deinde pacifica. [Noe] chriſtꝰ q̄ interpratur requies. quia
ſicut tpe noe quieuerūt p diluuiū omnia retro opa. ita p chriſtū oēs q̄ antea labo-
rabant. Item noe cōgregauit in archa cibos omnes homībꝫ et iumētis ſeu beſtijs
neceſſarios. Unde dictū eſt ei. [Tolles tecū et omnibꝫ eſcis q̄ mandi poſſunt et cō
portabis apud te.] Et chriſtꝰ dicit. Uenite ad me oēs qui laboratis et onerati eſtis
τc̄. Matth. xi. Sed innuit q̄bus daturꝰ ſit requiem. ſ. his q̄ diſcunt ab eo hūilitatē
et manſuetudinē. Dicit ergo pater filio. [Tolles tecū et omnibꝫ eſcis q̄ mādi poſ
ſunt] Filius enī dei deſcēdens in vterū virginis: ſecū cōgregauit oīa q̄bus angeli
et hoīes fruerent. Unī poteſt dicere beata virgo. Uenerūt mihi oīa bona τc̄. Unde
ipſe eſt theſaurus argēti et auri τ cella omniū aromatū.

Finit liber vndecimus de munitōibꝫ et nauigijs
que poſſunt figurare mariā.

# Incipit liber duodecimus de orto

concluſo. cui ſponſus ↄparat mariā in canticis.

De ſunt quinq̄ginta proprietates orti concluſi.

Ortus concluſus. firmatus claue. ſeratus.
Et cuſtoditus. ſignatus. diſcoopertus.
Conſitus. exculitus. plantatus. et agricolatus.
Et paſtinatus. foſſus. ſatus. areolatus.
Planus. et extenſus. ſecretus. amenus. et altus.
Sanus. aromaticus. recreans. bibulus. ſitibundus.
Humidus. irriguus. cōplutus. rorificatus.
Diſtillans. rorans. nebuloſus. ſiue vaporans.
Denſus. et vmbroſus. abſcondens. et latebroſus.
Mundus. et emūdans. mirabilis. inuiolatus.
Securus. ſtabilis. fecundus. delicioſus.
Largus. inexhauſtus. ſatians. potanſq̄z. iocoſus.

Nota lector. ꝗ hic ortus diſtinctus eſt in ſeptem particulas.
In pma agit de pprietatibꝫ orti. que ſunt q̄nq̄ginta. et faciūt. xij. verſus. et q̄
libet verſus habetur p vno capitulo.
In ſecunda agit. de delectabilibus. que multa ſunt. et de areolis.
In tercia. de aromatibus. Et habet duo capitula.
In quarta. de floribus et herbis. et habet capitula quattuor.
In quinta. de his que in incarnatōe filij dei a ſupiori deſcenderūt in ortū cōclu-
ſum. quia ab inferiori nihil potuit ſubintrare. Et habet capitula. xvij.
In ſexta. de arboribꝫ q̄ ſolent in ortis nobilibꝫ repiri. Et de arboribꝫ etiā. q̄ ortis nō
competunt. ſed poſſunt ſignare mariā. Et habet capitula. xxxiiij.
In ſeptima de auibus q̄ poſſunt chriſtū et mariā deſignare. Et habet. vi. ca.

# Incipit particula prima de quinqua

ginta pprietatibus orti ↄcluſi conuenientibꝫ marie. Et diſtinguit iſta particula p



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

duodecim verſus .et quilibet verſus habetur p vno capitulo.

¶ Capitulum .i.

Verſus primus

# Ortus. Unde Cantico .quarto. A

Ortus cōcluſus ſoror mea ſpōſa ꝛc. Eiuſdē .v. Surge aq̄lo. et veni auſter. pfla ortū meū: et fluent aromata illi'. Ibidem. Ueni in ortū meū: ſoror mea ſponſa ꝛc. Eiuſdē .vi. Dilect' meus deſcēdit in ortū ſuū ꝛc. Ibidem. Deſcēdi in ortū nucū vt viderē poma ↄuallīū ꝛc. Iſa. lviij. dicit' marie. Eris q̄ſi ort' irrigu' ꝛc. Johel'. ij. [Quaſi ort' voluptatis terra] .i. maria [corā eo] .i. corā chriſto. Itē Ezechiel'. xxxvi. Terra inculta facta ē vt ortus voluptatis. Dic ort' deſignat' p paradiſū voluptatis Gene. ij. vbi ſic legit'. Plātauerat autē dn̄s padiſum voluptatis a pricipio. in quo poſuit hoiem quē formauerat. Hoc inuenies expoſitū infra F. Poſſunt aūt aſſignari cauſe multiplices q̄re glorioſa virgo p terreſtē paradiſum deſignetur. B

Maria paradiſus terreſtris dicitur. Quia

Tercio die ſeculi plantat'. ] Et beata virgo poſt tpus ante legē: et tpus ſub lege tercio tpe ſeculi. quod eſt grē: virtutū plenitudine ornat'. Un̄ [grā plena]

Ibi creſcūt lignū vite et lignū ſciētie boni et mali ] Et in beate virgis vtero paulatim ſm̄ carnē adoleuit chriſt'. lignū plantatū ſec' decurſus aquaꝝ. q̄ eſt lignū ſcientie in q̄ ſunt oēs theſauri ſapiētie et ſciētie abſcōditi. ad Col'. ij. Et lignum vite. Un̄ Jo. xiiij. Ego ſū via veritas ꝛ vita. Et de h̄ lig̃ m'ltū loq̄t' Joh. i apo. ꝑſus finē.

Aquis diluuij nō cōtingit' ] Et beate virgis ſublimē cōuerſatōem: q̄ vere erat in cel'. nō attigit illud diluuiū de q̄ dr̄ Oſee. iiij. Maledictū ꝛ mēdaciū ꝛc. inundauerunt.

Recipit helyam et enoch ] Scd̄m regimē interp̄tat' dedicās. vl' cū deo ambulās. et ſignat eos q̄ nudū chriſtū nudi ſequunt'. ꝛ tā corpus q̄z aiaꝫ p vitā cōtēplatiuam diuinis obſequijs dedicāt. vt ſolliciti ſiut q̄ dei ſunt. i. Choꝝ. vij. Et ſollicite ambulāt cū deo ſuo. Michee. vi. Et ſequunt' agnū quocunq̄ȝ ierit Apoc'. xiiij. Helyas q̄ interp̄tat' robuſt' dn̄ator. ſignat bonos actiuos. q̄ licet tpalia poſſideāt: n̄ eis ſeruiūt. ſed viriliter ſubijciūt ſibi et eis dn̄ant'. Hec duo hoim genera btā virgo ī ſtatu ꝟtutis ↄtinet et fouet. et meritis reficit et exemplis. Sed et vtrāq̄ȝ vitā ī ſe ipa: et ſup oēs puros hoies exhibuit. ſicut oſtēdit Anſelm' ibi. Intrauit ieſus in quoddā caſtellū. libro. xi. ti. ij. C

Anſelm'

Terra eſt ſupior: et celo inferior. Et beata virgo omni puro hoie q̄ de terra eſt. Jo. iij. ſupior. Deo q̄ ambitu ptātis ſue oīa continet inferior. Un̄ btūs Anſel. Nihil equale marie. nihil niſi deus mai' maria D

Maria dr̄ padiſus

Fluuius de eo egrediēs q̄ttuor fluuijs totā terrā irrigat. ] Et chriſt' dei ſapiētia q̄ aque ſapiētie ſalutaris ſe compat Eccī. xv. Et dicit Eccī. xxiiij. Ego q̄ſi fluui' dorix ꝛc [egrediens] p carnalē natiuitatē de beata virgine [q̄ttuor fluminib' euāgeliorū totam terrā eccleſie copioſe irrigat et fecundat.

Totū genus noſtꝝ in gaudio enutriſſet niſi peccatū p̄mi hois impediſſet ] Et btā virgo oēs hoies ſine pſonaꝝ diſcretione glioſo fructu ventris ſui. in gaudio eterno reficeret. niſi coꝝ peccata impedirent.

In eo nō eſt homo carnaliter genit'. ſꝫ diuina virtute poſit' ] ſicut legit' Gen̄. ij. Tulit de' hominē. et poſuit in padiſo voluptatis. Qui eſt forma futuri ꝛc. ad Rom̄. v. Scd̄us adam de celo celeſtis. i. Choꝝ. xv. Nō generatōe carnali in btām ꝟginem venit. ſed ſolo ope trinitatis. In hoc eni [padiſo] .i. btā virgine [poſit' ē] [chriſtus hō] [vt oparet'] in ea fecunditatē. vt cuſtodiret in ea illibatā virginitatē [Opat' ē] Un̄ ipa dic. Quia fecit mihi magna ꝛc. [Cuſtodiuit] cū integrā cōſeruauit [Opatus ē] dum fecūdauit. [cuſtodiuit] cū florē nō abſtulit.

Cuſtodia angelica munit' ] ſicut legit' Gene. iij. Et beatā virginē angeli ſollicite cuſtodiebant. Unde Can̄. iij. Lectulū ſalomōis. lx. fortes ambiūt. Et ei dicit pſ. Angelis ſuis de' mandauit de te vt cuſtodiant te ꝛc.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Jugiter viret. Et beata virgo credit nõ emarcuiſſe putredine. ſed aſſumpta in carne in immarceſſibilẽ immortalitatẽ.

Sed notandũ ꝙ vterus virginal' in infinitũ melior ẽ padiſus ꝗ̃ ille lr̃alis. Prio eĩ ibi de viro facta ẽ mulier in ſignũ future corruptõis. Unũ Geñ. ij. Tulit dominꝰ vnã de coſtis ade. quã edificauit in m'lierẽ. et repleuit carnem ꝓ ea. Repletio autẽ oſſis de carne inſuffici ẽs ẽ et infirma repletio. In virginali autẽ vtero. de muliere factus eſt vir. Unñ ad Gal. iiij. Miſit deus filiũ factũ ex muliere. in ſignũ reſtaurationis et reparande ꝯturis. Et de puriſſimo virginis ſanguĩe ſcḋm Damaſcenũ. Ul' de carne eiꝰ factũ eſt os. ad lr̃am: in inſtãti cõceptõis. et myſtice ille q̃ eſt os et robur eccleſie. Et ita in virgĩe ꝛ ex virgine repleta gratia: ſuppleta ẽ ꝛ repleta hũana natura. ꝛ facta q̃ſi oſſea et fortis: cũ ꝓus eſſet carnea ꝛ fluxibilis ad peccãdũ. Et ꝺ illa plenitudine oẽs accepimꝰ Jo. i. Scḋo ille padiſus aptꝰ fuit ſerpenti q̃ ſeduxit euam. Sed iſte padiſus. ortꝰ ꝯcluſus contra omne nociuũ. Tercio de illo eiectꝰ eſt inhoneſte verꝰ adam. In iſto honorifice poſitꝰ ſecũdꝰ adã. Geñ. ij. qꝛ ſaluo pudore materno. Quarto ligna illiꝰ padiſi fructificabãt iuxta genus ſuũ. Sed btã virgo ſup̃ genꝰ ſuũ: dũ vnigenitũ dei ꝯcepit ꝛ pepit: virginitatis gl'ia ꝑmanente. Quĩto ibi creuit fructus q̃ toxicatũ eſt genꝰ hũanũ. In h' ille fructꝰ vite. de q̃ qui digne mãducauerit mortẽ nõ videbit in eternũ. Joh. vi. De q̃ etiã fructu canit eccleſia. Non erit adam ſeductus ſi de hoc guſtauerit. E

Dicit̃ ḡ ꝙ dominꝰ i. deus pr̃. cuiꝰ maria opus eſt ſpeciale. et ipe ſpecial' eiꝰ ẽ ortulanus plãtauerat i. plãtis herbis et arboribꝫ. p q̃ deſignãt virtutes marie: aptauerat. cuius carni et aĩe inſeruit omne genꝰ virtutis. Unũ ipa dicit. In me oĩs gr̃a q̃ſi oĩs ſpũalis iocũditas et voluptas. Paradiſũ voluptatis i. aĩam v' vterũ virginis. Alia tranſlatio dicit Paradiſum in eden ad orientẽ. Eden hebraice latine delicie. ergo idem eſt padiſus voluptatis qḋ paradiſus in eden. i. delicijs. A principio creatõis. ſ. cũ apparuit arida ꝛ dñs germĩare terrã fecit. Uel A ꝓncipio i. a prima orbis pte. Eſt ergo A ꝓncipio idem qḋ ad orientẽ. qḋ habꝫ alia trãſlatio. Uel A ꝓncipio reſtauratõis hũane. q̃ incepit a ſc̃tificatõe marie et gratiarum infuſiõe. Tũc eñi ꝓpe fuit vite principiũ. ante eĩ nõ fuit niſi vite deſitio. Jõ aurora dicit̃. que eſt principiũ diei et finis noctis. Propter hmõi plãtas appellat̃ maria ortus plãtationũ. Eccl. xxiiij. Dixi rigabo ortũ plantatõnũ ꝛc̃. F

Item Eccl. xxiiij. appellat filiꝰ padiſum. m̃ris ſue vterꝫ dicens. Ego q̃ſi aqueductꝰ exiui a padiſo i. vtero virginali. Bene padiſus. virginis vterꝰ. quẽ ſpũſſanctus imo tota trinitas: cuius opa inſepabilia: tanta creaturaꝝ vbertate pfudit. ꝙ dei filio factꝰ eſt padiſus deliciaꝝ et ortus voluptatis. Ineffabili etiã trinitati cõplacuit habitare in ipa. Unde dicit beata trinitas. In oĩbꝫ reqem q̃ſiui. et in hereditate domini morabor. i. in maria.

Exiuit etiã de hoc paradiſo fluuiꝰ dorix i. filius dei qui ſe ꝯparat fluuio dicens. Ego q̃ſi fluuius dorix. Dorix interp̃tatur medicamentũ generatõis. Nam partꝰ virgineꝰ medicamentũ fuit generatõis hũane. in peccato primi hoĩs letalit' vulnerate. Cuius. ſ. fluuij. quaſi q̃ttuor capita q̃ttuor illi liquores. q̃ de dñico corpore manauerũt. Lacrime. ſ. et ſudor in vita. Sãguis in circũciſiõe. In ſudore ſanguineo. et in crucifixiõe. Et poſt mortẽ ſanguis et aqua. G

Itẽ ekebertꝰ abbas ad mariã. Uere paradiſus dei tu es. quia lignũ vite mũdo ꝓtuliſti. de quo q̃ manducauerit viuet in eternũ. Fons vite qui ex ore altiſſimi ꝓdijt. de medio ventris tui exiliuit. atq3 in q̃ttuor capita ſeſe diſp̃tiens. ad irrigandã faciẽ arentẽ mũdi emanauit. letificãs ciuitatem dei. Omnis eñi q̃ biberit ex eo nõ ſitiet in eternũ. Et plus q̃ padiſus es. de illiꝰ enim aqua ſi q̃s biberit ſitiet iterum. O q̃ntũ mũdo ꝯtuliſti. q̃ aq̃ tam ſalubris aq̃ductus eſſe meruiſti.

Item de emiſſiõibꝫ huiꝰ orti ḋr Cañ. iiij. Emiſſiões tue padiſus maloꝝ punicoꝝ cum pomoꝝ fructibꝫ. cypri cũ nardo: nardꝰ ꝛ crocus: fiſtula et cinnamomũ: cum vniuerſis lignis libani: myrra et aloe. cũ vniuerſis ꝑmis vnguẽtis. fons ortorũ. puteus aquarũ viuentiũ q̃ fluunt impetu ꝺ libano. In arboribꝫ. herbis. floribꝫ: H

Damaſcenus

Uterus marie paradiſus

Ekebertꝰ abbas

aromatibꝫ fonte et puteo: que hic enumerant̃/ virginis virtutes et cariſmata. qui/
bus non ſolũ plena eſt in ſe/ ſed et eiſdẽ implet humiles. Unde dicit̃ Eccl.xxiiij.
A generatõibꝫ meis implemini. Dicunt̃ etiã [emiſſiões] quia ab ipa fluunt ve/
lut a fonte et in alios emittuntur.

Et nota ꝙ in hac ſerie hec.xij. que enumerata ſunt/ quaſi per ſex cõtignatões copu
lant̃. Unde Cantic.i. Tigna domoꝝ noſtraꝝ cedrina ⁊c. ¶ Prĩo autẽ ↄtignãtur I
mala punica cũ pomis cõmunibꝫ. Per [mala] in quibus ſunt multa grana: ordi
nata ſub vno cortice: notat̃ deſideriũ intus ordinatũ et ardens caritate. Caritas
enĩ opertoriũ eſt. Unde.i. Pe.iiij. Caritas operit ml'titudinẽ peccatorũ. Per [po
ma] que nõ habent hmõi corticem/ notant̃ bona opa exteriora. Et his duobꝫ ple
na eſt maria. miſericordia. ſ. i affectu. et fructibꝫ bonis in effectu. Jaco.iij. Secũ
do cõiungit cyprũ cum nardo. In cypro: que habet ſemen cãdidũ/ notat̃ caſtitaſ.
In nardo q̃ eſt arbor calida/ caritas. De quibꝫ duobꝫ Sap.iiij. O ꝙ̃ pulcra ẽ ca
ſta generatio cũ caritate. Tercio ↄiungit [nardũ cũ croco] Et merito. qꝛ in nar/
do que eſt arbor parua: notat̃ hũilitas. de qua dicit̃ Canti.i. Cũ eſſet rex in accu/
bitu ſuo nard⁹ mea dedit odorẽ ſuum. In croco q̃ habet crines aureos notat̃ ſa
piẽtia. De his duobꝫ Parab.xi. Ubi humilitas ibi ſapiẽtia. Quarto fiſtulam ⁊
cinnamomũ] Et merito. In fiſtula que habet in medulla totã vim. et purgat ſua/
uiter interi⁹ notat̃ pietas. In cinnamomo cui⁹ virtus eſt exteri⁹ in cortice/ notat̃
elemoſina. De his duobꝫ Iſa.lviij. [Cum effuderis eſuriẽti animã tuã] p pietatẽ
ſcꝫ et compaſſionẽ [et animã afflictã repleueris] p beneficij corpalis exhibitõnem.
[orietur in tenebris lux tua.] Quinto ↄiũgit myrrã et aloen] In myrra: q̃ corp⁹
ↄſeruat: notat̃ abſtinentia cibi et potus. In aloe: q̃ purgat intus: patiẽtia p quaꝫ
anima poſſidet̃. Uñ. In patiẽtia veſtra poſſidebitis aĩas veſtras. Uñ.ij. Petri.i.
Miniſtrate in abſtinẽtia patiẽtiã ⁊c. Ultimo copulat [fontẽ ortorũ: et puteũ aq
rum viuentiũ.] Et merito. In fonte/ ſapiẽtia de diuinis. In puteo notat̃ ſciẽtia
de hũanis. De his duobꝫ Iſa.xxxiij. Diuitie ſalutꝭ ſapia ⁊ ſcia ⁊c. Dicit̃ etiã ma/
ria [fons ortorũ] rigando angelos. [puteus aquaꝝ viuentiũ] rigãdo nos ſua gr̃/
tia. Unde et alibi nobis dicit̃ fons ſignat⁹. Facile enĩ habet̃ aqua a fonte. magno
labore extrahit̃ a puteo. Sic et angeli facile implent̃ gratia virginis. nos niſi cũ
magno labore.

Aliter exponit̃ autoritas ſupradicta. [Emiſſiões tue ⁊c.] Et in v̓bis iſtis hmõi or/ K
ti fecũditas deſignat̃. Nam emiſſiones et ꝓductões virginis dicunt̃ eſſe paradiſus:
cum omnibꝫ fructibꝫ et arboribꝫ: herbis aromaticis ⁊ vnguẽtis. Et deſignat̃ p pa
radiſum eccl'ia. p herbas et arbores fideles in eccleſia et animaꝝ virtutes ſignat̃.
que omnia emitti vl' ꝓcedere dicunt̃ ex hoc orto. Quia omnes v̓tutes de eccleſia
omnes virtutes fideliũ: nõ aliter flores aut fructus ꝓferunt. Sacramentoꝝ quo
ꝙ̃ vnguẽta nõ ꝓficiũt/ niſi radix omniũ figat̃ in incarnatõis myſterio. p quã ⁊ de
us factus ẽ filius mulieris. et mulier dei genitrix eſt effecta. Igit̃ p fructus malo/
rũ punicorũ/ in quibꝫ ſub vno cortice grana claudunt̃: fruct⁹ collegiorũ vel ↄgre/
gationũ in eccl'ia figurant̃. Per fructus pomoꝝ ſignant̃ merita ſingulaꝝ pſonaꝝ.
Per cyprũ que eſt arbor candida et odorifera caſtitas. Per nardũ hũilitas. Per
crocũ/ qui in colorẽ ſuum: res q̃bus admiſcet̃ ↄuertit. ſicut fermentũ farinã cõſp
ſam in ſuũ trahit ſaporẽ: caritas que ẽ forma omniũ virtutũ. Fiſtula que purpu/
rei coloris eſt/ et ſanguinẽ dñice paſſiõis repſentat. et cõpaſſionẽ que hominẽ ſimi
litudini mortis chriſti cõfigurat. Per cinnamomũ coloris cynerei: mortis recogi
tatio. Per myrrã et aloen/ maior et minor carnis mortificatio. Habemus igit̃ in
herbis vel ipas virtutes: vel ipis virtutibꝫ inſignitos. In herbis etiã minores.
In lignis libani ⁊ ceterꝭ arboribꝫ: illos q̃ virtutibꝫ et meritis ad altiora cõſcẽdũt.
Per prima vero vnguẽta] v̓tutes ꝓcipue deſignãt̃. ſ. caritas miſericordia benigni/
tas et hmõi. q̃ iter oẽs v̓tutes ⁊ fructu et merito. i. efficacia merẽdi ꝓcellũt. L

Ecclesia paradiſus

Prima marie vnguenta

Precipua dona et cariſmata ſpũſſancti.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Precipua miſericordie opa : aīe ſue p̄cipue medicinalia. que p̄cipuo paupi. ſ. filio dei p̄cipua dilectōe exhibuit: de ꝓpria et p̄cipua ſubſtātia ſua. ſcꝫ de puriſſimis ſanguibus: ſm damaſceuū. vel de carne ꝓpria veſtimentū. ꝛ de lacte ꝓprio nutrimentuꝫ
(Pria vnguenta marie ſūt)
De quo ſcꝫ paupe dicit pſal. [Beatus ꝗ intelligit ſup egenū et pauperē] .i. xp̄m. Et dicunt hec vnguenta p̄ma p dignitatē.

Quo ad ſe ] ille conſolatōes quas de duro et arido tribulatōnū velut mel de petra et oleum de ſaxo duriſſimo exugebat. Uel etiā nobis qn̄qꝫ exp̄mit de eiſdem. D

Quo ad nos ] ſp̄ūalia dona: ꝗbus interi⁹ conſolat et quaſi pungitur. Quaſi autē nouiſſima que in hac ſerie nō noiant. ſunt vel corꝑalia vel tēpoꝛalia: quibꝫ nobis ſubuenit exterius: ꝗ nominabilia nō ſunt reſpectu ſpiritualiū. Quanto enī p̄ſtat corpori ſp̄ūs. tanto magis ſp̄ūalibꝫ q̄ꝫ corꝑalib⁹ indigem⁹. quod nullo modo crederent amatores mundi.

Maria ortus ꝓpter

Arboris vite cōtinentiā. ] Hic etenim ortus. ꝑadiſus eſt voluptatis. cui⁹ principalis arbor lignū vite. ſ. chriſtus dn̄s. qui bene dicit lignum vite. qꝛ mortis ↄ̄fectuꝫ fugat immortalitate fruct⁹ ſui. ſ. euchariſtie: quo ad digne accedentes. ꝛ ꝗ ad beatos eterna ſui cōtemplatōe. Unde dicit Joh. vi. Qui manducat me viuet ꝓpter me. Sed nō ↄpetit hic fructus niſi victoribꝫ viciorū. Un̄ Apoc. ij. Uincēti dabo edere de ligno vite qđ eſt in ꝑadiſo dei mei. [Paradiſus ] eccl'ia catholica. Uel paradiſus maria vt ſupra dictū eſt paulo ante.

Deliciaꝝ abundantiā. ] Unde Can̄. viij. dicit delicijs affluens. de ꝗbus delicijs ſatis inuenies infra ca. xi. in fine. A

Aromatū ] et herbaꝝ. florum. et fructuum. ſpecieꝝ et arborū redolentiā. Unde dicit virgini Can̄. iiij. Emiſſiōes tue ꝑadiſus. vt ſup̄ eodem D dictū eſt.

(Maria ortus ꝓpter)
Uel vt alludat vocabulo. qꝛ ort⁹ p̄t dici ab exhortādo. ſua enī amenitate hortatur nos intrare ad videndā ↄ̄tutē ꝛ gl'iam ſuā. Un̄ dic. [Trāſite ad me oēs ] ꝛc̄. Nec ſolū ad videndā gl'iam ſuam. ſed et ad guſtandū q̄m̄ dulcis eſt et ſuauis. Un̄ ſubdit. [et a generatōibus meis implemini. ]

Uel ꝗa in h̄ orto creuerūt flores lilij p virgitatē. Uiole p hūilitatē. Roſe p caritatē. Frumēti p m̄nitatē. Creuit croc⁹ ꝗ ē colorꝭ aurei. p angelicā aſſi'latiōeꝫ. Et ꝓpt̄ h̄ regina ↄ̄ginū. exēplar hūiliū. martyr martyrū bonoꝝ. et gl'ia martyrū. Princeps et dn̄a angeloꝝ. ꝗꝝ ordīes vniuerſos trāſcēdit in omni gr̄a gl'ia ꝛ virtute.

Uel ꝗa hic ortus dici p̄t ab orior oriris. ꝗa ibi flores: et gramia: aromatice ſp̄ēs: et fructifere arbores oriunt. Et h̄ enī orto ort⁹ ē fili⁹ dei. ꝗ oē bonū ē et ſummū bonū. ꝛ ꝗ in futuro erit oīa in oībꝫ. i. ſufficiētia oīm. Inde etiā cū filio dei ortū ē ꝛ iugiter orit oē bonū. qꝛ ort⁹ iſte nūqꝫ deſinit facere fructū. Hiere. xvij. Et iō Sap. vij. dicit hūana natura. [Uenerūt mihi oīa bona pariter cū illa ]. ſ. cū ſapiētia īcarnata. vel virgine glorioſa. O

Ul' qꝛ ort⁹ iſte habitat ī ortꝭ. Jō dicit ei ſpōſus Can̄. viij. [Qui habitas ī ortꝭ amici. ] i. angeli [auſcultāt te ] ꝛc̄. Ort⁹ eī iſte īhabitauit ꝛ īhabitat ortū m'tiplicem.

Prim⁹ ꝓpa ↄſcientia. quam inhabitauit p ſui diſcuſſionem.

Scđs celeſtꝭ p̄ria. quā īhabitabat p celeſtiū ↄtēplatōem. nā cōuerſatio ei⁹ ī celis.

Terci⁹ militans eccl'ia. quam inhabitat p cuſtodiam fidelem.

(Multiplex ort⁹)
Quartus eſt ꝑadiſus deliciaꝝ. quam inhabitat p gl'iam immarceſſibilem.

Quintus fidelis anima. quā inhabitat ſi mūda ſit et ornata p delectatōem. Nā delicie eius eſſe cum filijs hominū. Parabo. viij.

Sextus ordinata religio. cui ſubmiſtrat gratiam ſpecialem. Nam ipa eſt que facit inhabitare hoīes vnius moris in domo.

(Uerſus primus)
O Rtus ↄcluſus ] q̄ſi duplici clauſura. corꝑalis et ſp̄ūal' virginitatis. Aug⁹. Uirginitas ē in carne corruptibili. ꝑpetue incorruptōis ꝓpoſitū. Idcirco bis appellat maria ortus cōcluſus [cōcluſus ] in ↄcipiēdo [cōcluſus ] in pariēdo. et poſt partū retinēs integritatis ſignaculū. Unde et ter dicit porta clauſa Eze. xliiij. Ul' bis dicit [ortus ↄcluſus ] ꝗa ortus hic btā virgo fructuꝫ fecit actiue ꝛ ↄtēplatiue. P



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Uel ꝑceptoꝝ et ꝯſilioꝝ. Uel q̄a ibi eſt ſpūalis habitatio ſeculariū ⁊ cōtēplatiuo-
rū. Uel ꝑlatoꝝ et ſubditoꝝ. Ul' iudeoꝝ ⁊ gētiliū ꝯuerſoꝝ ad fidē. Uñ ei dicit᷑. Si
cut letantiū omniū habitatio eſt in te.

Itē. Ortus cōcluſus. Plātauerat q̄dem dñs ortū voluptatis a ꝓncipio. ſic̄ dicit᷑
Gen̄. ij. ſcʒ ꝑadiſum. in q̄ poſuerat lignuʒ vite. cui⁹ vſum amiſim⁹: q꞉ ꝯcluſus non
fuerat ort⁹ ille. Uñ Job. iij. d꞉ ꝯ ſathana. Nō ꝯcluſit oſtia vētrꝫ q̄ portauit me.
nec abſtulit mala ab ocul' meis. Quaſi diceret. Apuit ſathanas oſtia ꝑadiſi. de
q̄. q̄ſi fetus de ventre. genus hūanū exiuit. q̄. oſtia ſi nō apuiſſet. ablata eſſēt ma
la ab ocul' meis. Sed ad remediū hui⁹ mali fecit dñs aliū ꝑadiſū. ſ. ꝟgis vteꝝ.
in q̄ plātauit aliud lignū vite. ſ. chriſtū. ⁊ ita ꝯcluſit hūc ortū vt nulli hoſti. nl'i ma
ligno ei⁹ pateret ingreſſus. Nec ſemel tm̄: ſʒ iteꝝ d꞉ hic ort⁹ cōcluſus. Et ipa ite
ratio veritatis cōfirmatio eſt.

Aliter. Uenter i q̄ nobis data ē ꝑma vita. fuit ꝑadiſus terreſtrꝫ. cui⁹ introitū diabo Q
lus nō clauſit nobis .i. ad vtilitatē nr̄am. ſed ꝑ pctm̄ apuit: et inde nos eiecit. Et h̄
eſt qd̄ dicit de diabolo. Quia nō ꝯcluſit oſtia vētrꝫ q̄ portauit me. i ſtatu innocē
tie. nec abſtulit mala ab ocul' meis. ſed poti⁹ intulit ꝑ deiectōeʒ i hāc miſeriā.

Cōcluſit autē hūc ortū. ſcʒ tota btā trinitas. q꞉ potētia pr̄is muniuit ꝟginē ꝯ diabo-
li violentiā. Sapīa filij ꝯtra fraudulentiā diaboli. Bonitas ſpūſſancti ꝯ eiuſdem
maliciā. Itē pater potēs cōtra extollentiā ſupbie. Fili⁹ ſapiens ꝯtra inſipiditatē
gule ⁊ luxurie. Spūſſctūs benign⁹ ꝯtra crudelitatē auaricie. Nec ſolū ortus cō
cluſus. ſed et fons ſignat⁹ appellat᷑. Hic ort⁹ q̄ deſignat᷑ ꝑ terreſtrē ꝑadiſū. i quo
poſit⁹ ē ſcōs adā. ſ. chriſt⁹. velut in orto fecūdo ne eſuriret. et in fonte graꝝ ne ſiti-
ret. Concluſit aūt dñs hūc ortū tā fortiter. et hūc fontē ſignauit tā firmit᷑: vt dra-
conē ꝑuigilē oīno lateret. et leonē rugientē lōge a ſe excluderet. ⁊ nec vna q̄dē pate
ret rimula qua poſſet ītroſpicere ſubtil' aſtutia inimici. Cōcluſus eſt etiā ortus
iſte hūano intellectu. q̄a ſicut d꞉ Ecci. xxiiij. Infirmioꝛ illo rege. ſ. nato de da-
uid. non inueſtigabit eam.

Quinqꝫ ſunt clauſure in maria R

- Prima ab exterioꝛi. diligētiſſima ſuoꝝ q̄nqꝫ ſenſuū cuſtodia. Si q̄dē iuxta ſniam
illā Ecci. xxviij. ſepiuerat ꝟgo aures ſuas ſpinis. ne audiret linguā neq̄m. Et fed⁹
pepigerat cū ocul' ſuis. Job. xxxi. vt nec cogitaret de hoīe. Ori ſuo fecerat oſtia.
ne caper᷑ in ꝟbo indiſciplinato. et ſic de alijs ſenſib⁹. Uel ſepes hec. angelica cu-
ſtodia. Iſa. v. Uinea facta ē dilecto. ⁊ ſepiuit eā. Uinea. hec btā ꝟgo. cui d꞉. An
gel' ſuis de⁹ mā. ꝯ te ⁊c̄. E cōtrario d꞉ de anima ꝛ̄proba paulo poſt. Auferā ſepeʒ
ei⁹. glo. i. angeloꝝ cuſtodiā. Ul' ſepes. hec lex diuīa. quā q̄ diſſipat. moꝛdebit eū
coluber. i. diabolus.
- Secūda clauſura ab interioꝛi. ſcʒ foſſatū voluntarie paupertatis. S
- Uacuatū. a terra ꝑ contemptū mūdane ꝓſpitatis. et largā erogationē ſubſtātie tē
poralis. Unde. Manū ſuam aperuit inopi.
- Profundū. ꝑ demiſſiōem timoroſe hūilitatꝫ. q꞉ intātū ꝓfunda ⁊ dilatata ē vt ma-
gni dei capax efficeret᷑. Factā ei timoratio ſenſū ꝓpriū depaupat. qd̄ bñ apparuit
i ea q̄n q̄ſiuit. quō fiet iſtd̄. nolēs initi ꝓꝓo ſenſui. q̄uis bñ ſciret ꝟginē pariturā.

Foſſatū — Dilatatū. ꝑ amplitudinē eximie caritatꝫ. Exhibuit enī filio dei ſeptē opa miſeri-
cordie de ꝓꝓa ſubſtātia. iplēs illd̄ puer. iij. Honora dñm de tua ſubſtātia.
- Petratū. ꝑ ſoliditatē patiētie ſingularis. Unde dicit ei ſapiētia dei Iſa. liiij. Ecce
ego ſternā ꝑ oꝛdinem lapides tuos.
- Mūdiſſimū. ꝑ amorē ⁊ votū ꝑpetue ꝟgitatꝫ. q̄ ab ea oēʒ fetorē excluſit immundi-
cie carnalis.

Clauſu-rebui⁹ ort⁹ — Aquoſū. ꝑ iexhauſtā mltitudinē pietatꝫ: ⁊ abūdātiā lacrimaꝝ: marie tpe dñice paſ-
ſionis.
— Tercia clauſura murus multiplex T
- Protectio diuīa. Si ei dñs in circuitu ppl'i ſui. mlto fortius in circuitu mr̄is ſue
Unde de ea d꞉ Iſa. xxvi. Saluatoꝛ ponet᷑ in ea mur⁹ ⁊c̄.
- Uirt⁹ oīmoda. Prouer. xxv. Sicut vrbs patēſ ⁊ abſqꝫ muroꝝ. i. ꝟtutū. ſābitu.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Proprietates orti concluſi

Murus hui⁹ ort⁹

Multitudo grãrũ] quaſi aquarꝫ. Exo.xiiij. Aq̃ erant p muro ⁊c. Aq̃ maris grãe
marie. Naũ vlti. Aq̃ in circuitu eius. aque muri ei⁹. [Mur⁹ ali⁹] q̃ſi duplex. ſ. in
nocẽtia mẽtis. et puritas virginalis. Vel [mur⁹] firmitas ſcti ppoſiti. vl' obdura
tio recte cõſuetudĩs. vel iuſticie munimẽtũ. vel murus fideĩ: fundat⁹ ſup funda
mentum caritatis.
Spatio bona: muniẽs animã cõtra omne gen⁹ peccati. Et ipa omnia miſericordie
opera exhibuit filio ſuo egeno et mendico.
Quarta clauſura. Aqua circũquaqꝫ currẽs: ipam vndiqꝫ muniẽs] plenitudo to V
tius gratie. Naum vlti. Aque in circuitu eius.
Quinta. diſcreti cenſura ſilentij. ]que velut quedã clauſura: poſſeſſiões ꝟtutuꝫ
ſuarũ cõſeruabat. Jſa. xxxij. Cuſtos ſiue cultus iuſticie ſilentiũ. Et vbi nõ ẽ ſepeſ
hec: facile diripiť poſſeſſio virtutũ et meritorũ. Ecci. xxxvi. Jdeo etiã ꝯparať ipa
fluuio phyſon. qđ interprať os papille. videli. ix. ti. iij. f. g. ⁊ ẽ optima ꝯcordantia.

## Fuit hic ortus concluſus

Jō concluſus

Ut laterent ipſius interiora pulcerrima. Vñ in cantic' totiẽs diciť de virgine. [Abſ
qꝫ eo qđ intriſecus latet]
Ne trãſire p eum adijceret incircũciſus ⁊ immũd⁹. Jſa. lij. Nulla enĩ aſtutia ſerpẽ
tis antiq̃ irrũp: potuit in hũc ortũ: ſicut fecerat in padiſum terreſtrẽ.
Ne ad ipm deflorandũ pſumeret manũ apponere diabol⁹ vt adulter.
Ne viror ipi⁹ poſſet a beſtijs ꝯculcari vl' depaſci. Jſa. xxxv. Nõ erit ibi leo: ⁊ mala
beſtia nõ aſcendet p eum.
Ut ab orto deliciarꝫ arcereñ mũdi ꝯcupiſcẽtie. Fetores carnalitatũ. Venenata ma
licie. quorꝫ nullũ admiſit cogitatu: deſiderio vl' ꝯſenſu. Jn h̃ etiã notať q̄ beata ꝟ
go vere fuit ſolitaria et nõ vagabunda
Ne ſecreta quiete vacuareť. Quia ad hoc pparabať vt filius ſũmi regis requieſceret
ibi. qui dicit de eo. Hec requies mea ⁊c.
Firmatus claue [illa. ſ. claue veri dauid: que claudit ⁊ nẽo apit. et ecõuerſo. de q̃ legi X
tur Jſa. xxii. et Apoc. iij. Clauis enĩ tria hꝫ officia. q: claudit. apit. et ꝯſuat. [Cla
uis dauid.] grã ſapiẽ ſpiritaľ. Vel ptãs claudẽdi et apiendi ſcripturas. Jō d'r [cla
uis dauid] q̃ fuit vir ppheta et mľta ſcpſit. Hac eteni claue chriſt⁹ ineffabiliter ⁊ ſi
bi reſeruauit in ꝟgĩe genitale ſecretũ: ad ꝯdẽdũ in ea mirabile ſacr̃m. ⁊ ꝟgini ſua
Bern̄. uit integrũ virgĩale ſigculũ. ſic dicit btũs Ber. Hac etiã claue firmauit cor ei⁹ con
tra oẽm ꝯcupiam. qñ iſpirauit ei votũ et deſideriũ ppetue virginitať. Apuit autẽ
intellectũ ei⁹ ad credẽdũ. et affectũ ad diligendũ. De pmo dictũ ẽ ei Lu. i. Btã q̃
credidiſti ⁊c. De ſcđo Cañ. viij. Fortis vt mors dilectio ei⁹. Apuit autẽ ei⁹: qñ ꝟba
angelica diligẽter audiuit et prudẽter diſcuſſit: cogitãs [q̃lis] .i. q̃ꝫ noua: q̃ꝫ inaudi
ta. q̃ꝫ puril: q̃ꝫ admirabil: q̃ꝫ ſuauis: et q̃ꝫ dulcis eſſet illa ſalutatio. Vñ et ipa cum
filio ſuo dicit Jſa. l. Dñs de⁹ apuit mihi aurẽ: ego aũt nõ ꝯtradico ⁊c. Apuit cor
eius ad credẽdũ et ꝯſentiẽdũ ꝟbis angelic'. Vñ dixit ei elizabeth Lu. i. Btã q̃ cre
didiſti ⁊c. Apuit os: ad ꝯſenſũ ſuũ exprimẽdũ. et hũiliter exorãdũ vt fieret qđ ei p
mittebať. Vñ dixit. Ecce ancilla dñi. fiat mihi ⁊c. Jtẽ apuit os ei⁹: ad grãs agẽdũ
de pceptis bñficijs. Vñ dixit. Magnificat aĩa mea dñm. Jtẽ ad totũ attribuẽdũ
creatori. Vñ. Fecit mihi magna q̃ potẽs ẽ ⁊c. Reſerauit etiã cor ⁊ mẽtẽ ei⁹ ad oĩa
memoriter retinẽda q̃ de filio dicebãť. Vñ Lu. ij. bis d'r đ ea q. ꝯſuabat oĩa ver
ba hec ꝯferẽs in corde ſuo. Nec ſolum hec: ſed et ſenſum eius hac claue aperuit ad
intelligentiã omniũ ſcripturarũ. et omnia myſteria ſapiẽtie. Apuit etiã os eius in
medio eccleſie primitiue: quando docuit aplos tanq̃ꝫ magiſtra noui teſtamenti.
Jtem hac claue domin⁹ aperit corda ad intelligentiã fidei: ora ad predicationẽ ver Y
bi: intellectus ſcripturarũ: naturas rerũ. ſenſum ad cognitionẽ. affectũ ad deuotõ
nem. linguas doctorũ ad docendũ. corda populorũ ad credendũ. Jtem de hac cla
ue Apoc. iij [Hec dicit ſctũs et ver⁹ qui habet clauem dauid] ⁊c. Jtẽ hec clauis:
crux. p quã apta ſunt ſacramẽta eccleſie. qđ ſignatũ eſt in ſciſſione veli. Quod dicit
[ſctũs] refer ad patrẽ: q̃ dicit Leui. xi. Scti eſtote: q: ego ſctũs ſũ. [Verus] ad



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

filiū ꝗ dicit Joh.xiiij. Ego ſum ꝟitas.ꝗ verꝰ ē in ſoluēdo ꝓmiſſa .ij.ad Cho͛i.i. Quotq̄t eñi ꝓmiſſiões dei ſunt ⁊c.[Qui habꝫ clauē dauid]ꝗ ad ſpm̄ſctm̄.cuiꝰ benignitate aperiunt̄ ſcripture.et habet̄ vſus clauiū.

—Seratꝰ]i.munitꝰ ſera ꝟgitatꝭ.ꝗ nunq̄ꝫ fuit reſerata a deo vl̄ hoie. Nec trāſiuit per eā pollutꝰ ſiue pollutio. Jſa.xxxv. Jdeo ďr marie ī pſ. Cōfortauit dn̄s ſeras portaꝝ tuaꝝ. Vn̄ etiā pſaice ꝗdā. Aue lucꝭ ianua.portaꝝ pcipua.patēs regi gl̄ie. Qui ſuauit veniēs.nec ꝯfregit exiēs.ſeras pudicicie. Figurata fuit hec ſera Judicū.v. vbi ďr ꝙ [iahel]ꝗ ďſignabat mariā[clauo tabernacl̄i ſui.ſet malleo ſyſarā iterfecit.] Et appellat̄[clauꝰ tabnaculi]cauilla.ſqua firmabat̄ tabernaculū. ꝗ ſigt̄ vterꝰ ꝟgialis:cuiꝰ ſera fuit ꝟgitas.[Malleolꝰ]vero habēs figurā thau.ſfigurabat crucē.et his duob[interfectꝰ ē ſyſara]ꝗ interp̄tat̄ excluſio gaudij.et deſigt̄ diabolū[clauo] .ſ.ſecūde virgitatꝭ.[et malleo]crucꝭ. Ad ħ enī tota inuigilat intētio diaboli vt nos a gaudio eterno excludat. ⁊ gaudiū eternū a nobis.

## Capitulū ij.

Verſus ſecūdus

Et cuſtoditꝰ]ꝓtectiōe diuia. Vn̄ dicit ei pr̄. Ego dn̄s deꝰ tuꝰ:appĥēdens manū tuā:dicenſq̄ꝫ tibi. Ne timeas.qꝛ ego adiuui te. Jmmo etiā dicūt ei pr̄ ⁊ filiꝰ et ſpūſſctūs.ſq̄ſi ſingularit̄ q̄libet pſona Jſa.xlij. Appĥēdi manū tuā ⁊ ſuaui te. Jſtud q̄re ſupra ca.i.T.de cōcluſiōib hujꝰ orti.

Jtē ſub appellatōe vinee Jſa.xxvij. Nocte ac die ſeruo eā. Jn ħ enim orto [poſitꝰ ē] chriſtus [cuſtos]tp̄e incarnatōis [vt oparet̄]ibi fecunditatē [et cuſtodiret]illeſaꝫ virgitatē. Geñ.ij. Jp̄e enī inq̄ntū deꝰ circūduxit eā et docuit.et cuſtodiuit q̄ſi pupillā ocl̄i ſui. Deute.xxxij. Jtē cuſtoditꝰ fuit ortꝰ iſte ab angelis. Vn̄ ďr ei in pſ. Angel̄ ſuis mādauit ď te ⁊c. Jtē ſub appellatōe hierl̄m ďr marie et fideli aīe. Jſa.lxij. Sup muros tuos ꝯſtitui cuſtodes.i.angelos. Btūs ber̄. Bonꝰ es dn̄e.ꝗ non es ꝯtētꝰ nr̄oꝝ ďbilitate muroꝝ.ſꝫ inſup apponis cuſtodiā angeloꝝ. Jtē Cañ.iij. [Lectulū ſalomōis]i.mariā[lx.fortes ambiūt]Quere li.x.ti.x.ꝙ maria lectulus Vel pncipales poſt chriſtū hujꝰ orti cuſtodes .gabriel.i .fortitudo dei. et iohes.i.gr̄a dei. Quere li.x.ti.ij.ď throno de duob leonib. Hic enī ortꝰ padiſus ē deliciarū.ſchriſtus nouꝰ adā.hic[poſitꝰ ē]diuia virture q̄ñ mľier circūdedit virū.ſ.q̄ñ ꝟbū caro factū ē. Ad q̄d poſitus.ſ.[vt oparet̄]in ꝗ notat̄ ꝑfectꝰ mr̄is in bono ꝑ gr̄iā filij[et cuſtodiret illū]in ꝗ notat̄ pſeuerātia mr̄is in bono.

—Signatus ſigillo virginitatꝭ.qꝛ ip̄a ſecretū dn̄i ē. Bis dicit [ſecretū meū]qꝛ a cogitatōnib et opib eius mediāte ſigillo ꝟgitatis oīno excluſus ē diabolus. Sic ꝑ ſigillū a ſecretis excludūt̄ ꝗ nō ſūt amici. Res enī ſignata vel ſigillata amicꝭ exhibet̄ſ inimicꝭ occultat̄. Jdeo etiā dicit̄ maria fons ſignatus Canti.iiij. Quere li.ix.ti.i. de fonte. Jtē in matre ſua poſitus eſt chriſtus[in ſignū cui ꝯtradicit̄]a iudeis paganis et hereticis. Vel[i ſignū]i.in ſigillū.et ī eo impreſſū ē coꝛ matris ꝑ meditatione.et brachiū ꝑ opis imitatōem. Jdeo etiā dicit ei filiꝰ ꝗ eſt ſignaculū pr̄is Aggei in fi.dicit inq̄ꝫ ei Canti.viij. Pone me vt ſignaculū ſup coꝛ tuū]i.cogitatōnes Ad hoc enim vt laterēt ipiꝰ interioꝛa pulcerrima.ſante partū et in partu et pꝰ partū.ſretinuit illibatū integritatꝭ ſignaculū. Vn̄ dic̄ ei ſpōſus Cañ.viij.[Quā pulcra es amica mea]⁊c.[abſq̄ꝫ eo]i.ꝑter illd̄ [qď intrīſecus latet]ſoli deo cognitū.ſnemi manifeſtū. Vl̄[abſq̄ꝫ eo qď intrīſecus latet]i.abſq̄ꝫ interna virtutū pulcritudīe.ꝗ oēs hoies latuit etiā ſeipaꝫ Per iternā ei pulcritudinē alia pl̄cra ⁊ ꝯmēdabilia ſūt

—Diſcooꝑtus]a ſupioꝛi:vt roꝛē:ſolē:pluuiā:⁊ aerē:et hmōi ſuſciꝑet. ꝗ veniūt de ſupnis.q̄a omne datū optimū deſurſū ē Jaco.i. Quib fecūdatus ē ortus iſte:ħ inuenies infra.ca.vij.in fine. Jtē diſcooꝑtus fuit ortus iſte. qꝛ nulliꝰ peccati nubē oppoſitā habuit inter ſe et ſolē iuſticie.i.chriſtū.

## Capitulū iij.

Verſus tercius

—Conſitus]tp̄e dn̄ice īcarnatōis.q̄ñ nobil̄ ille ſurculus.ſ.ꝟbū caro factū.ſſertus ē trūco nr̄e hūilitatis:ī orto vteri virginal̄. De inſitōe ďr Jaco.i. Cū māſuetudine ſuſcipite īſitū ꝟbum qď p̄t ſaluare aīas vr̄as. Jllud.ſ. verbū qď erat in pncipio apud patrē. et ꝑ qď oīa facta ſunt. Joh.i. Sicut enim ī ſurcl̄o cōſiſtit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tota ſpes et floris ⁊ fructꝰ: et nõ in trũco. ſic in ꝟbo aſſumẽte nõ ĩ hoĩe aſſũpto. niſi rõe aſſumẽtꝫ. Vñ dicit Eccĩ. xxiiij. In me oĩs grã vie ⁊ ꝟitatꝫ. i. me oĩs ſpeſ vite ⁊ ꝟtutis. Et h̄ ẽ qđ dicit Jacobꝫ de ꝟbo inſito [ qđ pt ſal. aĩas vras ] Et nota ꝙ inſitio dr̄ cũ trũco ſurculꝰ fecũde arborꝫ ſterili inſerit̃. Vñ autẽ dicit [ inſitũ ꝟbũ ] qr ramꝰ inſitus. ⁊ ſuã ſeruat naturã: ⁊ ad ſe trahit saporẽ trũci. Quod patet ſi pirus oleeinſerat̃: nõ tñ mutat naturã fructꝰ. ſꝫ olee saporẽ ad ſe trahit. Sic et chriſtꝰ diuinã naturã ſeruauit aſſumẽs hũanã. ſed ab ĩfirmitate nature mortalis saporẽ traxit. ſ. famem. ſitim. fatigatõem. et hmõi. [ Conſitꝰ ] etiã fuit ortus iſte omi arbore fructifera. i. virtute oĩmoda. Vñ ſpẽaliter dicit de eo verꝰ ſalomon Eccl'es. ij. [ Feci ortos et pomeria ] i. mariã et ſctõs. [ et ꝯſeui oĩs generꝫ arborib. ] Itẽ Cãti. vi. [ Bene illius ſicut areole aromatũ ꝯſite a pigmẽtarijs ] ſ. pr̃e et filio ⁊ ſpũſãcto. Ipa eni deſignat̃ Heſter. i. ꝑ ortũ illũ et nemꝰ: q̄ de regio cultu et manu ꝯſitus erat. in cuiꝰ veſtibulo verus aſſuerꝰ cõuiuiũ ꝑmagnificũ ꝑparauit.

—Excultus ] Cuiꝰ cultores pater et filiꝰ et ſpũſſctũs. i. tota trinitas. cuiꝰ opa ĩſepabilia. Vel ſpẽales huiꝰ orti cultores. Inſpiratio diuĩa. Filij ſapiẽtia. Spũſſcti diſciplina. Propa diligentia. Patris et matris doctrina. Monitio angelica. et hmõi. Sic aũt pt dici ortꝰ iſte excultus: ſpũaliter ope diuĩo. et incultꝰ ope hũano. Vñ Eze. xxxvi. dr̄. Terra inculta facta eſt vt ortus voluptatis. Excultus etiã ꝑ ꝟtutẽ ſilẽtij quod eſt cultus iuſticie. Iſa. xxxij.

—Plãtatꝰ ] plãtauit in eo pr̃ lignũ vite. i. chriſtũ in incarnatiõe [ ſecꝰ decurſus aqrũ ] mortalitatis nr̃e. Ortus eni iſte. ille ẽ ꝑadiſus de q̄ Geñ. ij. legit̃. Plãtauerat autem dñs ꝑadiſum voluptatis a ꝑncipio. [ Plãtauerat ] i. plãtis aptauerat. herbis ⁊ arborib. [ ꝑadiſũ voluptatis ] i. btãm virginẽ. Alia trãſlatio dicit [ ꝑadiſũ in eden ] i. delicijs. Dñs. cuiꝰ maria ẽ opꝰ ſpeciale. cuiꝰ carni et aĩe inſeruit oẽ genus ꝟtutꝫ. [ A ꝑncipio ] creatõis. ſ. cũ apparuit arida: ⁊ germĩare terrã fecit. Vel [ a ꝑncipio ] i. a ꝑma orbis pte. Eſt ꝗ [ a ꝑncipio ] idẽ qđ ad orientẽ. qđ habꝫ alia trãſlatio. Vl' [ a ꝑncipio ] reſtauratõis hũane q̄ incepit a ſcrificatõe marie. Quere ſup̄ eo. ti. i. F. de ꝑadiſo. Propter hmõi plãtas appellat filius matrẽ ortũ plãtationũ ⁊c̃. Ipa etiam eſt plãtatio dñi ad glificandũ Iſa. lxi. Ad gl'iam ei ſuã plãtauit dñs ortũ iſtũ. q̄a ab omni fideli inceſſanter inde glificatur.

—Et agricolatus ] Cũ eni oẽs iuſti agricultura dei ſint. Vñ. i. Chor. iij. dei agricultura eſtis. Et Joh. xv. Pr̃ meꝰ agricola ẽ. Maria ſpẽali ꝑrogatiua. ipiꝰ agricultura ẽ. Vñ dicit. Fecit mihi dñs magna q̄ potẽs ẽ. Et ſpecialiꝰ oĩ creatura pt dicere illđ. i. Chor. xv. Grã dei ſum id qđ ſum. Chriſtꝰ etiã cui dicit̃ Hiere. xiiij. [ Quare colonus futurus es in terra ] ſpẽalis agricola exiſtit iſtiꝰ orti. q̄ tenꝰ in orto: et ſepultus in orto: nõ ĩmerito a magdalena reputatus ẽ ortulanꝰ. Joh. xxij. Exercuit etiã inq̄ntũ deus ortulani officiũ. in virgine peſſimã radicẽ originalis extirpãdo in ſanctificatõe. Spinas et vrticas auellẽdo in fomitis extinctõe. Plantas virtutũ inſerendo in gratiaꝝ collatõe. Abũdantiori grã rigãdo in ſpũſſancti ſupuẽtõe. Incrementũ ſubmĩſtrãdo in ꝟtutis altiſſimi obumbratõe. Vnde. Virtꝰ altiſſimi obũbrabit tibi. Ideoq̄ꝫ et qđ naſcet̃ ex te ſanctũ: vocabit̃ filiꝰ dei.

Capitulũ iiij.

Versus quartꝰ

ET paſtinatus. ] Paſtinare dr̄ a paſtu. ⁊ ẽ idẽ qđ ĩpinguare. Vñ mar. xij. Vineã paſtinauit hõ ⁊c̃. Quia xp̄s mr̃ẽ ſuã ĩpinguauit pĩguedĩe graꝝ. caritatꝫ ⁊ deuotõis. ⁊ oĩ generalitate cariſmatũ. Vñ ⁊ ipa dĩc filio. q̄cq̄d boni habꝫ ei attribuẽs. [ Impinguaſti ĩ oleo ] miſicordie [ caput meũ ] i. mentẽ. vl' hũilitatẽ meam. q̄ eſt caput virtutũ meaꝝ. ⁊ cuiꝰ merito cumulata ſum omni bono.

—Foſſus ] ꝑ timorẽ caſtũ vl' filialẽ. Vl' foſſuſ. ꝑ filij patiẽtꝫ ꝯpaſſiõꝫ. q̄ñ ipa ꝯtẽplãte: foderẽt manꝰ ⁊ pedeſ ipiꝰ ligõib clauoꝝ. ⁊ q̄ñ mucrõe dire lãcee ipa pñte ictũ ẽ ĩ viſcera eiꝰ. Põt dici. ꝙ q̄ſi ter ſpẽalr̃ foſſus ẽ ortꝰ iſte. Prio q̄ñ eũ tẽtũ ceſũ ⁊ illuſũ idoluit. Scđo q̄ñ ſuſpẽſũ ĩgemuit. Tercio q̄ñ ipm emiſiſſe ſpm̃ deplorauit. Sicut etiã dicit btũs Berñ. (Berñ.) Non potuit videre filiũ crucifigi ſine affectu materni doloris. etiam ſi ſperaret reſurrecturũ et mortẽ ſupaturũ.

Ambro. —Satus ] Non ex virili ſemine ſed myſtico ſpiramīe. ſicut dicit ambroſiꝰ. Satꝰ aūt
fuit illo ſemine bn̄dicto de q̄ dicit̄ Iſa.i. et ad Ro.ix. [ Niſi dn̄s exercituū reliqſ-
ſet nobis ſemē ] xc̄.i. chriſtū. quia [ ſemen eſt v̄bū dei ] .i. filiꝰ dei. Semen deniqꝫ n̄
carnale. ſed ſp̄uale. Non culpe ſed gr̄e. Nō viri ſed v̄bi. Nō corruptōis ſed creduli-
tatis. Semen quo [ dn̄s dedit benignitatē. et terra n̄ra ] .i. maria [ dedit fructū ſuū ]
Semen qđ in incarnatōe [ cecidit in terrā bonā ] virginē dico mariā. [ et attulit ] q̄-
dē ī alijs [ fructū triceſimū ] in alijs [ ſexageſimū ] et ī alijs [ cēteſimū ] In ipa v̄o ſin
gulari p̄uilegio ſimul triceſimū ſexageſimū et cēteſimū. Triceſimū ſiq̄dē fructū ſe-
men hoc attulit. q̄n̄ chriſtꝰ p̄ſentia ſua: et mutatōe aque in vinū nuptias ꝯſecrauit
Sexageſimū/ q̄n̄ cōtinentiā p̄dicauit: et cōtinendi gr̄am m̄ltꝫ indulſit. Cēteſimū
q̄n̄ virginē matrē virgini diſcipulo ꝯmēdauit. Quō aūt btā virgo hūc triplicē fru
ctū obtinuit habuiſti lib.i.ca.vi. Q. Itē de hoc ſemine dr̄ Iſa.vi. Semē ſanctum
erit./ qđ ſteterit ī ea xc̄. Vel [ ſatus ] ſemib3 omniū virtutū. que ſemīa ſunt in p̄ſenti
ꝛ fructificāt vitā eternā cultorib3 ſuis. oīa enī opa n̄ra tā bona q̄ꝫ mala dicūt̄ ſemē.
q2 ſicut ex vno grano multa grana. ſic ex vno pctō vel ex vno bono ope m̄lte retri
butōes. Et eſt ſemen iſtud t̄pale./ ſed retributio eterna.

—Areolatus ] .i. diſtinctus p areolas./ vt ſingula q̄qꝫ locū teneāt ſortita decēter. De q̄-
bus areolis dicit eccl'ia Cañ.vi. [ Dilectus meꝰ ] .i. chriſtꝰ [ deſcēdit ] in incarnatōe
[ in ortū ſuū ] .i. in btām virginē [ ad areolā aromatū. ] Areola oīm aromatū .i. v̄tu-
tū grāꝝ et donoꝝ. Vn̄ dicit pluraliter [ aromatū ] mens: aīa: volūtas et caro marie
Et p hec odorifera eſt chriſto: angel': omnib3 ſctis: et cuilibet aīe fideli. Ad h̄ etiā3
deſcēdit ib: [ vt paſcat̄ in ortꝫ ] q2 delicie eiꝰ eſſe cū filijs hoim. Parab.viij. [ et lilia
colligat ] q2 flores mūdarum cogitatōnū3: q̄ deſignant̄ p lilia: ei ſūme placēt. ꝛ eos
reſeruat ad remuneratōnē. et in ipis [ reqeſcit: delectat̄ et paſcit̄. Et iō dr̄ colligere
lilia. flores enī ſunt bone cogitatōes que floridā faciūt mentē et iocundā. et habent
ſpem fructꝰ et bonoꝝ opeꝝ in p̄ſenti: ꝛ remuneratōis eterne ī futuro. Propter hoc
enim circa altaria./ q̄ deſignāt mentes fideliū./ ponūt̄ lilia et roſe. Sordide v̄o cogi
tatōes ei feterēt. cū ipe ſit apis quā fugat fetor. Unde Eccl.xi. Breuis ī volatilibus
apis. Iō dr̄ Eccl.xxxix. [ Florete flores q̄ſi liliū ] .i. mūdas cogitatōes. De iſtꝫ are
olis īfra inuenies poſt tractatū de delectabilib3 hꝰ orti.pti.ij. in fine.

## Capitulū v.

Verſus quintꝰ —P Lanus ] .i. eq̄lis./ vt faciliꝰ infundi poſſet et irrigari [ Planus ] q2 ſine ſcrupul'
ꝛ obicib3 pctōꝝ. Vel [ planꝰ ] p manſuetā hūilitatē: et ſimplicē benignitatē. q̄ꝝ
virtutū merito fluentis oīm grāꝝ rigata ē et infuſa. Eze.xlvij. Aque q̄ deſcēdūt ad
plana deſerti intrabūt mare .i. mariā. Vel [ planꝰ ] p eq̄tatē iuſticie./ quā ī oīb3 ꝯſer-
uauit. Vn̄ ſigr̄ .i. Regū.i. p annā/ cuiꝰ vultꝰ n̄ ſūt in diuerſa mutati. Anna ] gr̄a/
ꝛ ſignat mariā plenā gr̄a. Vel etiā [ planꝰ ] q2 benigniſſimā mariā nō inueniūt pec
catores ſcrupuloſā. Et nota q̄ tūc dr̄ planicies ī eſſe alicui rei./ q̄n̄ ps n̄ ſupeminet p-
ti. Quod eſt ī via dei q̄n̄ abūdantia diuitū ſupplet inopiā paupeꝝ. Ideo dicimus
planū fuiſſe hūc ortū. q2 abūdantia marie ſuppleuit inopiā generꝫ hūani. Nā d̄ ple
nitudine eiꝰ oēs accepimꝰ. et ingiter accipimꝰ q̄ntū in ipa eſt.

—Et extenſus ] p pietatē et caritatē. cuiꝰ amplitudo oēs q̄ntū in ſe eſt recipit./ ſine pſo
narū acceptōe. Sap.vi. [ Eq̄liter eſt illi cura de oīb3 ] .i. cōicatiue. q̄ſi dicat cū aplo
ad Phil'.iij. Teſtis mihi eſt deꝰ xc̄. De hac extēſione dr̄ Piere.xxxi. vbi maria ap
pellat̄ ciuitas. Et exibit vltra normā mēſure ſup collē gareb. ꝛ circuibit goatha et
omnē vallē cadaueꝝ. et cineres. et vniuerſam regionē mortꝫ vſqꝫ ad torrentem ce
dron. Quere expoſitionē li.xi.ti.i.ca.i.

—Secretus ] Unde deſignat̄ p padiſum terreſtrē. q̄ ē locꝰ ameniſſimꝰ./ lōgo maris et
terre tractu: a n̄ra habitabili ſecretꝰ. adeo altus vt vſqꝫ ad lunarē globū attingat.
Vn̄ et aque diluuij illuc nō puenerūt. Ita dicit mgr̄ in hyſtorijs xc̄. [ Secretꝰ ] q2
fuit ortus iſte ex ſolitariꝰ ab hūana freq̄ntia. vn̄ et angelꝰ inuenit eā clauſa3 ī tha-
Bern̄. lamo. qđ innuit̄ ex illo v̄bo Lu.i. Et ingreſſus angelꝰ ad eā xc̄. Btūs Bernardꝰ
Quo ingreſſus ad eā: puto ī ſecretariū pudici cubiculi. vbi illa fortaſſis clauſo ſup

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſe oſtio orabat in abſcōdito patrē ſuū. Solēt enim angeli aſtare orātib⁊: et delectari in his q̄s vidēt leuare puras manꝰ in orōe: holocauſtū ſcte deuotōis. gaudent ſe offerre diuīo ↄſpectui ī odorē ſuauitat̄. Marie aūt orōes q̄ntū placuerit in cōſpectu altiſſimi. angelꝰ indicauit. q̄ ingreſſus ad eā: cū tāta eā reuerētia ſalutauit. Nec fuit difficile angelo ꝑ clauſum oſtiūītroire ad abdita marie ꝟgīs. q̄ vtiq̄ et ſublimitate ſubſtātie ſue hoc h⁊ et natura. vt nec ſeris ferreis eiꝰ arceat̄ ingreſſus

Bern̄. ait — Et paulo poſt. Suſpicandū nō ē q̄ aptū inuenerit angelꝰ hoſtiolū virgis. cui nimirū in ꝓpoſito erat hoīm fugere freq̄ntias: vitare colloq̄a. ne vl̄ orātis ꝑturbaretur ſilentiū. vl̄ continētis caſtitas tēptaret̄. Clauſerat itaq̄ illa etiā hora ſuper ſe habitaculū ſuū prudētiſſima virgo: ſed hoīb⁊ nō angelis. Proinde et ſi potuit ad illā intrare angelꝰ. ſed nulli viroꝝ facilis patebat acceſſus.

—Amenus ⌊i. delectabil̄. vt ſupra de ꝑadiſo. ca. i. De delectabilib⁊ huiꝰ orti mlta inuenies infra particula. ij.

—Et altus ⌊vt ſupra de ꝑadiſo. Ipa enī omnib⁊ creatur̄ veriꝰ potuit dicere. Mea cōuerſatio in cel̄ eſt. ad Phil̄. iij. Unde et ſublimē eiꝰ cōuerſatōem nō attigit illō diluuiū. de quo dr̄ Oſee. iiij. Maledictū et mendaciū ⁊ homicidiū ⁊ furtū et adulteriū inundauerūt ⁊c. Sicut et aque materialis diluuij. illū terreſtrē ꝑadiſum: q̄ deſignat̄ maria: nō attigerūt. Ideo cū dixiſſet ei dn̄s Iſa. lviij. Eris q̄ſi ortꝰ irriguus ⁊c. paulo poſt ſubiūxit. Suſtollā te ſuꝑ altitudinē terre ⁊c. Erat eī ꝑadiſus ille tota terra altior. ſed celo inferior. Sic maria oīb⁊ terrigenis dignior. ſolo aūt

Anſelmꝰ — chriſto filio ſuo īferior. Un̄ btūs Anſ. Nihil eq̄le marie. nihil niſi deꝰ maiꝰ maria.

## Capitulū vi.

Verſus ſextus — Sanus ⌊i. ſanatiuus et medicinal̄. rōe herbaꝝ. aromatū. ſpecieꝝ: et arboꝝ medicinaliū q̄ ibi creſcūt. que ſingula ſingulas habēt ꝟtutes. Uiola hūilitatis medicinat malū ſuꝑbie. Liliū ꝟgīitatis aduſtionē luxurie. ⁊ ſic de alijs.

Itē Aliter. Quia inde natus ē chriſtꝰ q̄ medicꝰ et medicina eſt oīs morbi. Eccl̄i. xxxviij. Altiſſimus creauit de terra medicinā. i. de virgine chriſtum.

Item Aliter. In orto voluptat̄ letaliter infectū et vulneratū eſt genꝰ hūanū. In h̄ orto inuentū ē ſalut̄ remediū. Eue enī et marie ↄuenit ille dyalogꝰ Deute. xxxij. ⌊Ego occidā ⌋dicit eua ⌊et ego viuere faciā ⌋dicit maria ⁊c. Unde aūt ꝓcīat hec virtꝰ ſanatiua oñdit̄ Eze. xlvij. ⌊Aque eiꝰ ⌋quib⁊. ſ. irrigat̄ hic ortus. i. dona ḡtiarū ⌊egredient̄ de ſanctuario ⌋i. de celo. vl̄ ab ipo p̄re. vel etiā ab ipo filio ⌊Et erūt fructus eiꝰ in cibū ⌋ſc⁊ in ſacramēto filij. q̄ eſt fructus huiꝰ orti. ⌊et folia ⌋i. verba ⁊ exempla in medicinā languentiū aīaꝝ: et obumbratōem peccatoꝝ.

—Aromaticus ⌋Iugiter enī ibi ꝑflante eū auſtro. iugiter fluūt ad nos aromata illiꝰ. Unde Canti. v. dicit filiꝰ ſpūſſcto ⌊Ueni auſter ꝑfla ortū meū ⌋⁊c. Quaſi diceret. O ⌊auſter ⌋i. inſpiratio ſpūſſcti ⌊ꝑfla ortū meū ⌋i. matri mee ꝑſeuerāter inſuffla ḡtiaꝝ abundantiā. vt abūdanter ⁊ īdeficiēter defluāt bn̄ficioꝝ remedia ad īfirmos Spūſſctūs deſignat̄ ꝑ auſtꝝ ⌋q̄ dicit̄ q̄ſi auſteritatē ſternens. ſ. aq̄lonis oppoſitione. ſ. hic aq̄lo ortū concluſū ꝑturbaret. Dicit̄ etiā q̄ſi auras tēperans. vt ſi forte ꝟgo temptaret̄. ſe eidem adiutorē exhiberet. Dicit̄ etiā q̄ſi augēs ſemīa terre. vt q̄cq̄d gr̄e et virtutis ī h̄ orto deus trinitas ſemīauerat ad ꝑfectū īcremētū ꝑduceret.

—Recreans ⌋. Quia ibi aer purior q̄̄ in villis. Aura ſerenior. Uentꝰ trāq̄llior. Lux ꝑpantior. Odor fragrātior. Uiror vernātior. Umbra iocundior. Quies ſuauior. Somnꝰ q̄etior. Eſus ſapidior. Potꝰ frigidior. Sermo ſecretior. Cantꝰ placidior. Fons ꝑſpicuior. Arbor frōdoſior. Ubertas largior. Flos ḡtioſior. Fructus maturior. et cetera h̄mōi. q̄̄ in ceter̄ ſanctis. qui oēs vt ita loquar fuerūt q̄ſi de villa. i. de mūdo. Sed marie ↄuerſatio. tota fuit ī ciuitate ꝑadiſi et tota ꝑadiſiata. quia ipa eſt ꝑadiſus et ortus totiꝰ voluptatis. De ipa enī veriſſime poteſt dici ſic de filio ſuo Iſa. xl. Omnes gentes q̄ſi nō ſint ſic ſunt corā ea. et quaſi nihilū et inane reputate ſunt ei. i. ad compatōnem eius. Item ibidē. Omnes gentes q̄ſi ſtilla ſitule. et quaſi momentū ſtatere reputate ſūt ⁊c. Iob. xxv. Luna nō ſplēdet. ⁊ ſtelle non ſunt munde in cōſpectu eius.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

—Bibulus ]Vñ compaꝶ velleri et ſpongie.⁄ q̄ in magna q̄ntitate bibūt aquā.et bibi
tā facillima cōpreſſiōe refundūt. Ipa eſt eni[ terra ] illa de qua loq̄ꝶ apl's Hebre.
vi.[ que ſepe veniente ſup ſe bibēs imbrē:et generās herbā oportunā illis a q̄bus
coliꝶ ].ſ.patri et filio et ſpūiſctō[ accipit benedictōem a dño ] Vñ dictū eſt ei. Bñ⁄
dicta tu in mlierib⁹. Ad h̄ eni vt multū fructū afferret.fuit multū bibul⁹ ort⁹ iſte.
—Sitibund⁹ Jugi deſiderio gratiaꝝ. Unde dicit.[ Sitiuit aīa mea ad deū fontem
viuū ]ꝛc̄. Ipa eſt eni area ſitiēs imbrē. Johel' in fine. Et q̄a ſitibund⁹ pmittit ei
pater Iſa.xliiij. Effundam aq̄s ſup ſitientē:et fluenta ſup aridā. Verbū [ effūdē
di ]ſignat largitatē.et p h̄ qd dicit pluraliter [ aq̄s et fluenta ] notaꝶ abūdātia gr̄a
rū. Itē ſoli ſitientes inuitanꝶ ad aq̄s gratiaꝝ. Iſa.lv. Oēs ſitiētes venite ad aq̄s.
Joh.vij. Si q̄s ſitit.⁄ veniat ad me et bibat. Maria vo.⁄ q̄a plus oībus ſitijt ꝛ de⁄
ſiderauit grām et gl'iam.⁄ filij incarnatōem :et mūdi redemptōez.⁄ ampliorē gl'iam
*Bern.* in futuro. Quia ſicut dꝫ pabo.x. Deſideriū ſuū iuſtis dabiꝶ. Btūs bern̄. Qui eſu⁄
rit.⁄ eſuriat ampli⁹.et q̄ deſiderat:adhuc amplius deſideret.qꝛ q̄ntūcūq̄ deſidera⁄
re potuerit:tātū eſt accepturus. Data ſunt igiꝶ marie gratia et gl'ia ſm̄ intenſiōez
ſitis et deſiderij ſui. Unde pabo.xi. Mulier gr̄oſa inueniet gl'iam ꝛc̄. Hec eni v⁄
ba primo et ſingulariter exponunꝶ de plena grāꝝ.q̄ in ſua aſſumptōe inuenit glo
riā eternitatis.q̄a grām et gl'iam dabit dñs. Conſtat eni.⁄ q nulla gratioſioꝛ illa q̄
grām inuenit. Luce.i. Inueniſti grām apud dñm. Et de inuenta aſſumpſit q̄ntū
potuit.et potuit q̄ntū voluit. Fuit eni ſūme hūilis poſt chriſtū.ꝛ ideo maxime ca
pax gratie.qꝛ hūilitas vas eſt gratiaꝝ. Unde q̄nto pfundius vas.⁄ tāto capacius.
Idcirco fons vite.⁄ q̄ in ea inuenit maiorē pfunditatē q̄ꝫ in aliq̄ alia creatura. ibi
magis infudit de aquis gratiaꝝ ſuarū. Sicut enim auar⁹ nō impleꝶ pecunia Ec
cleſiaſtes.v.ſic nec humil'.⁄ gr̄a. Semp eni clamat.affer affer. Prouer.xxx. Eſt er
go humilitas vorago gr̄e :nunq̄ ſatiabil'.humilitas eni defectus ſuos attendit.
et impetrata a deo ſuppletōe vnius defect⁹.⁄ ſe ſtatim trāſfert ad aliā impetrādaz.
iuxta illud poeticū. Dumq̄ ſitim ſedare cupit ſitis altera creuit. Et ille vere hūilis
eſt.qui q̄nto plus habet in vtutib⁹.⁄ magis inhiat ad virtutes. ¶ Item de hac ſiti
moraliter dꝫ Apoca.ṽ fi. Qui ſitit veniat.⁄ et q̄ vult accipiat aquā vite gr̄is.[ Qui
ſitit ].i.q̄ conuerſiōis habet voluntatē. Iſtud eni ſitire.⁄ eſt bona ſpūalia totis pcoꝛ
dijs ꝯcupiſcere.[ Ueniat ]p cōuerſionē.ſubaudi.ſecur⁹ de venia accipiat ſacramē
ta.et gratis remittenꝶ ei peccata .[ Et qui vult accipiat aquā vite ].i.grām viuifi⁄
cante[ gratis ].i.abſq̄ meritis hūanis. In gr̄a eni que prima daꝶ.⁄ meritū accipiē
*Pria gra eſt abſq merito opantis* tis nō opitulaꝶ.ſed in gratia que iam bene opanti:vt meli⁹ opetur cōferꝶ. meritū
opantis et accipiētis nō excludiꝶ. Humana eni actio ſicut abſq̄ gr̄a inutilis eſt.
ſic cū gr̄a ſemp pdeſt. Prima igiꝶ gr̄a gratis nobis daꝶ.⁄ que deinceps merito no
ſtro vtcūq̄ coopante nobis multiplicaꝶ. Nam ſi q̄s p grām ad ꝯuerſionē inſpi⁄
retur.⁄ ſi ipam grām pfecto corde concepit.⁄ q̄uis morte puent⁹: ſacramētis.⁄ vt ba
ptiſmo vl' ſacra ꝯmūione pticipare nō poſſit: ſaluus eſt.quia cū gratia pire nō pt.
In fide eni iam accepta virtus ſacramētoꝝ iaz contineꝶ.et in bona volūtate q̄ in⁄
trinſec⁹ fidem verā inſepabiliter ſemp comitaꝶ.meritū bonoꝝ opeꝝ cōpleꝶ [ Gra
tis ]ergo [ aq̄ vite ]tribuiꝶ:qꝛ etiā abſq̄ omni merito opis.⁄ p ſola bona voluntate
ſal⁹ credēti cōferꝶ. [ Qui ergo vult accipiat aquā vite gr̄is. ] O q̄ꝫ pcioſa ſunt iſta
ſupne dignatōis oracl'a.⁄ omni pcio pferenda.omi acceptōe digna.omni deuotōe
accipiēda.omi memoria retinēda.omni vtute pmerēda. Unuſq̄ſq̄ g̃ videat.⁄ q̄n
to q̄liq̄ auditu illa pcipiat.pcepta cuſtodiat ac pficiat.

Capitulū vij.

*Verſus ſeptim⁹* —Humidus ].i.humectat⁹ et madefact⁹ omniū liquorib⁹ grāꝝ. Ipa eni fuit q̄ſi
lignū trāſplantatū ſup aquas.⁄ qd ad humorē mittit radices ſuas.et nō time
bit cū venerit eſt⁹. Hiere.xvij. Et ſicut granū madefactū ex ſe germē emittit.⁄ a q̄
eſt tot⁹ fructus:ſine ꝯtactu alteri⁹ grani. Sic maria madefacta gr̄a ſpūſcti.⁄ ſine
Quia lana velleris./imo ip̄m vellus valde bibulū ē.et in magna quātitate de pluuia vel aq̄ recipit.et qđ recepat facillima ɔpreſſione refun dit. Sic marie hūilitas: valde ſitibūda et bibula p deſideriū grē.de q̄ tāto ampli⁹ hauſit:q̄nto magis ſe humiliauit.et ſine detrimēto ſue plenitudis./ip̄am grām facillime refundit oib⁊/quotiēs ɔp̄mitur oꝛatōe deuota. Unde compaꝛ velleri vl' ſpongie. Iſtud totū inuenies ſupꝛa verſu.vi.vbi oꝛtus diciꝛ ſitibundus :multo meli⁹ explanatū.

Quia vellus veſtit et circūdat ouē. Chꝛiſt⁹ ouis. Iſa.liij. Sicut ouis ad occiſiōeꝫ duceꝛ ⁊c̄.q̄ veſtitus fuit carne ꝟginea:q̄n femina circūdedit virū. Hiere.xxxi. Vn̄ et dicit matri Job.x. Pelle et car.veſtiſti me .De quo veſtimēto Iſa.lxiij. diciꝛ chꝛiſto. Quare rubꝛū eſt indumentū tuum: Moꝛaliter. Maria veſtit virtutibus et circūdat ꝓtectōe oues.ſ.ſimplices et innocentes.

Quia ſuauiſſimū ad tāgendū. ſic maria p pietatē et benignitatē/ quā nō inueniunt pctōꝛes ſcrupuloſam.

Bern̄. Btūs bern̄. Quid ad mariā accedere trepidat hūana fragilitas.nihil auſterū in ea.nihil terribile.tota ſuauis eſt oib⁊ offerēs lac et lanā. Ecce ꝙ ip̄a eſt ouis que peperit agnum dei.

Quia vellus recipꝛocaꝛ in ſe.pilos habēs ml'to longioꝛes q̄ȝ appareant. Ecce ꝟginalis humilitas qua ſe nominauit ancillā.

Quia vell⁹ q̄ntūcunq; tōdeaꝛ:ſp de carne renaſciꝛ. Iſtō intellige moꝛaliter. q̄a ſp ď carne noſtra ꝓcedit cauſa hūiliatōis noſtre. Unde Michee.vi.[Hūiliatio tua]

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Que deſcēderūt in ortū concluſum

ſd·ē.humiliatōis cauſa L in medio tui J Querere in tractatu nr̄o de hūilitate fere i pn- G
Maria lana. Quia ... Lcipio.
Succida./ſucco pietatis plena. Judicū.v. Expſſo vellere concham roze impleuit.
id eſt. humiles.
Ueſtis ouis.i.ꝓtectio innocentiū et ſimplicitū. Uñ puer.in fi. L Oēs domeſtici eiꝰ ve
ſtiti ſunt duplicibꝫ. J ſtola.ſ.gemina. Uel q̄a veſtiuit chriſtū carne ꝟginea. q̄ ouis
dicit̃ ꝓpter innocentiā. Jſa liij. Sicut ouis ad occiſionē du.ꝛc̄.
Nō ſentit. Hiero. Uellꝰ cū ſit de carne neſcit corꝑis paſſiōes ꝛc̄.ſup̄ F. ſic nec ma/
ria carnales motus.
Maria lana.q̄a ſi- Nō ſonat icta. Eiꝰ enī caritas nō irritabat̃ in filij paſſiōe .nec remurmurabat aut ꝯ
dicebat.licet eiꝰ aīam gladiꝰ filij ꝑtrāſiret.i. Choꝝ.xiij. Caritas nō irritat̃.
cut lana — Hirta.i.hirſuta ſimul ſe tenēs.q2 nō erat compta.nec extrīſecꝰ eiꝰ capillatura.i. Pe
tri.iij. Actuū.i. Perſeuerās cū aplīs et mulieribꝫ in oratōe.
Pilo mollis.i.pia cogitatōe.q̄a cogitat nobis cogitatōes pacis. Hiere.xxix.
Bibula ꝟbi dei./conſeruās omnia in corde ſuo. Luce.ij.
Tingi pata.quia fuit ꝟecunda. Uñ turbata eſt in ſermōe. Cū enī eſſet cādidiſſima
vt liliū.ruboze roſeo ad viſionē angeli ī ſpecie hoīs apparētis creditur ſuperfuſa.
Maria tincta Et nota q̄ hec lana pluries quaſi tincta ē. Primo q̄ſi de nigro in candidū .ꝛ hoc
in ſanctificatōe. Scdō de cādido in rubeū./angelo ei apparēte.vt dictū eſt ſup̄ i/
mediate. Sed h̄ pleniꝰ inuenies li.v.ti.vi.vbi agit̃ de coloratōe genaꝝ. Tercio tin
Hiero. cta eſt q̄ſi in purpurā:filio dei ex ea carnē aſſumēte. Uñ Hiero.ibi. Cogitis me o
paula ꝛc̄. Ad quā ſane cū acceſſiſſet ſpūſſctūs:quaſi ipa eadē q̄ lana./ cū inficit̃ ſan/
guine muricis vel conchilij ꝟtit̃ in purpurā. Uerſa ē et ipa ſine coitu ī matrē. vt
iā nō ſit ipa admodū qḋ fuerat.ſed purpura ꝟiſſima:ad indumentū ſūmi regꝭ diui
nitꝰ aptiſſime dedicata.vt nulli deinceps ea vti femineo vſu licuerit niſi deo. Hec
hieronymus vbi ſup̄. Quarto tincta eſt ꝑcioſiſſime ꝑ aīe martyriū in filij paſſiōe.
Silr̄ et filij veſtimentū.i.hūanitas quꝫ de hac lana ſibi ꝯtexuit:cādidiſſima fuit
ꝑ virgitatē ꝛ innocentiā.et incepit tingi./ſꝫ nō ita plenarie ī circūciſiōe ꝛ ſudoze ſā
guineo.tādē ꝑfecte tincta eſt ī ipa paſſiōe./habita tinctura abūdāter de q̄nq̄ vulne
ribꝫ. Unde ꝛ dr̄ ei Jſa.lxiij. Quare rubzū eſt indumētū tuū ꝛc̄. Et Cañ.vij. Pur
pura regis iūcta canalibꝫ. Et puer.in fi.de ſapia. Biſſus et purpura indumētum
eius. Et ad h̄ ſignādū indutꝰ fuit purpura. Mar.xv.et clamidē coccineā circūde/
derunt ei. Matth.xxvij.
Pectunt bone ancille et carpināt.i.dilatāt laudes eiꝰ et gl'iam.ſ.fideles aīe. Lana enī H
carpinata dilatat̃. Eccl.xxiiij. In medio populi ſui gloriabit̃.
Hanc lanam — Nent ſubtiles ꝑdicatores. Exo.xxxv. Dederūt que neuerāt J.i.ꝑdicauerūt qḋ cogi
tauerant.et in q̄bꝫ ſtuduerant:et que ſubtiliauerant.
Texunt plixe oratōes. Thob.ij. Anna ibat ad textrinū opus q̄tidie.
Dicit̃ de lana Qꝫ frigoza pellat.ſ.infidelitatis. Uñ ei dicit̃. Cūctas hereſes ſola interemiſti.
Qꝫ oznet. Jpa ei ē dozcas que paupes veſtiebat. Actuū.ix. Dozcas īterp̄tat̃ caprea
vel damula. Hec eſt beata virgo.cuiꝰ vbera ꝯpant̃ hinnul'capree. Cañ.iiij.
L Deſcēdit g̃ filiꝰ dei ſicut pluuia ī vellꝰ J Pluuia enī deſcēdēs in vellꝰ./ mūdat in eo ſi
q̄d inuenit mūdādū.et q̄ ad q̄d inde ſozdidioz exꝑmit̃. Silr̄ chriſtꝰ deſcēdēs ī ꝟgi
nē:de pura reddidit mlt̄o puriozē.et inde aſſumpſit carnē puriſſimā:licꝫ ſilem pec
catrici. L Et ſicut ſtil.ſtil.ſup terrā J Tota enī diuitat̃ vnda./tota plēitudo cariſma
tū btē virgini tanq̄ velleri ſe infudit. Unde dicta ē gr̄a plena. Et de hac plenitudi
ne ceteri ſancti :q̄ dicunt̃ terra./q̄uis abūdāter receperint.tū q̄ſi ſtillicidia modica
ſuſcepiſſe dicunt̃ reſpectu plenitudis illiꝰ. Jtē de illis ſtillicidijs./q̄ ab hac plenitu
dine deſcēdūt dicit̃ alibi. Jn ſtillicidijs eius letabit̃ germinans.
Moraliter. Quotidie deſcēdit chriſtꝰ ī aīas iuſtoꝝ L ſic pluuia ī vellꝰ J. i.latēter. Uñ
Job.ix. Si venerit ad me nō videbo eū ꝛc̄. Et vtiliter. Unde Jſa.lv. Quō deſcē
dit imber et nix.vt ſupra ca.viij.in fine. Sed hec pluuia gr̄e nō deſcēdit niſi ī vel
lus ouiū.i.in aīam ſimplicē et innocētē.nō in vellꝰ caprinū:ꝑ luxuriā. vl' leoninū



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

p ſupbiã.vel vulpinũ p fallaciã. vl' aſininũ p pigriciã.vel camelinũ p auaricie ſtru
mã.vel lupinũ p rapacitatẽ.vel caninũ p detractionẽ.vel vrſinũ p gulam.vl' vac
cinũ p pigriciã.vel vitulinũ p laſciuiã.vel eqnũ p diſcordiã.et ſic de aliis. [Et ſi
cut ſtillicidia ſtillãtia ſup terrã.] Veniẽs [ſicut pluuia] cõſolatõem imittit. Veni
ens [ſicut ſtillicidia ſtil.ſup terrã] i.pctõrẽ:qñ de peccatis imittit timorẽ.ſed omi
nat eis. Unde eze.xxi.[Stilla ad ſanctuariũ] i.ad clericos. Uñ pterriti.faciũt qñ
q penitentiã.ſed raro.

De h vellere Judic.v.dicit gedeon ad dñm.[Ponã vellus lane in area.ſi ros ĩ ſolo
vellere fuerit.et in omni terra ſiccitas.ſcio q p manũ meã liberab iſrael.] Et hoc ſi
gnat q deſcenſus filii dei in virginẽ.tanq roris in vell9.ipam fecũdauit:iudea in
ariditate gratie pmanẽte. Vel vellus.cor beate virginis.cpluitũ pluuia diuitatis.
ſed area remãſit arida.quia caro ei9 nõ fuit rigata humore extriſeco. Vel plena hu
more grẽ.ſicca ab humore culpe.

Chriſtus vapor Capitulũ x. A

Vapor] i.filius dei. De q dr Sap.vii. [Vapor eſt] i.calor [virtutis dei] i.
Chriſt9 calor patris.cui attribuit potẽtia.q.d. Sicut calor eſt ab igne.ita fili9 ẽ a prẽ. Et di
cit fili9 a prẽ ſicut calor.qa expellit frigus nrẽ infidelitatis.7 calefacit nos ad amo
rẽ dei. Jtẽ.qa ſicut dr Ecci.xliii.[Frigid9 vẽtus aqlo flauit.et gelauit criſtall9ab
aq] qa a flatu.i.a tẽptatõe diaboli qua pmos pentes ſeduxit.ab aq gelauerat gen9
humanũ in glaciẽ vel criſtallũ. Jdeo ad hanc glaciẽ vel criſtallũ diſſoluendũ venit
fili9 dei ſicut vapor.[Et emanatio quedam claritatis oipotẽtis dei] i.claritas e
manãs ab omnipotẽte deo.i.a deo patre.i.lumen de lumie.[qdam] dicit ad notã
dam improperatẽ.qua creatura creatori compat.vl' ad notãdã incõphenſibilita
tem illi9 eterne emanatõis:q fili9 emanat a prẽ.ſicut dicit Jſa.liii. Generatõez ei9
qs enarrabit.

Et nota q ſubtiliter deſcẽſũ chriſti in mũdũ et ad inferos.et aſcẽſum ei9 ad celos hic B
Deſcẽſus chriſti et aſcẽſus oſtendit autor. Riu9 enĩ emanãs a fonte deorſũ tẽdit. Vapor xo ab igne veniens
aſcẽdit ſurſum.g p emanatõnem deſcenſum ad terras et ad inferos:p vaporẽ ĩ ce
lũ aſcenſum dedit autor intelligere. Eph.iiii. Qui deſcẽdit ipe ẽ q aſcẽdit ſup oẽs
celos 7c. Quaſi di. Qui eſt emanatio ipe eſt vapor. Jtẽ in vapore ignis illumiatio
ignorãtie:in emanatõe fontis:intelligit ablutio culpe. ipe enĩ deſcẽdens ad nos ĩ
ſua incarnatõe.et tenebras nrẽ ignorãtie illumiauit.7 macl'as culpe lauit.que duo
notauit ps.dicens. Apd te eſt fons vite.et in lumine tuo videbim9 lumẽ.[Since
ra] ſine omni admixtione:actuali:potẽtiali:vl' intellectuali [Et iõ nihil inqnatũ i
currit ĩ illã] nihil enim patit niſi a ſimili vel diſſili.ſz ſapie nõ eſt ſile vel diſſile.cũ
ſit omnimoda ſimplicitate ſimplex.ppter qd a nullo ẽ paſſibile.et ideo incoinqna
tũ.[et ideo nihil inqnatũ incurrit in illã] Et xe [ſincera] eſt [cãdor eſt enĩ luc eter
ne] ſapia.ſ.id eſt.chriſt9.p quam videt lux eterna.i.pater. Joh.xiiii. Philippe qui
videt me 7c. Jn h etiã q dicit [cãdor lucis eterne] notat coeternitas filii cũ patre.
Cãdor enim ſine ſplẽdor coetern9 ẽ luci. Et iõ ſi lux eterna.et candor etern9.[Et
ſpeculũ ſine macl'a dei maieſtatis] i.dei patris [et imago bonitatis illi9] i. plena
repſentatio illi9.i.p oĩa ei ſilis. Et nota q fili9 dr et ſpeculũ et imago pris.cũ tñ C
in reb9 inferiorib9 imago ſit in ſpeculo.ad notandũ q idem eſt ſpeculũ et imago.
Et ſicut in reb9 inferiorib9:in ſpecl'o videt imago rei.et p imaginẽ res. ſic ĩ filio 7
p filiũ videt pater. Jn filio qa eſt ſpeculũ.p filiũ qa eſt imago. Jtẽ filius nõ ſpecu
lum ſimpliciter:ſed [ſpeculũ ſine macl'a] dicit.ad drĩam faciendã inter hoc ſpecu
lum et alia ſpecula. Tria ſiqdem ſunt ſpecl'a dei. Unũ eſt mẽs hũana.facta ad ima
Tria ſpecula dei ginem et ſilitudinẽ dei.ſed nõ eſt ſine macl'a. Aliud eſt qlibet creatura.in q relucet Aug
veſtigiũ trinitatis toti9.vt dicit Aug9.in eſſe.potẽtia.ĩ modo. ſapia. Potentiſſi
me ſiqdem ex nihilo oĩa:ſapiẽtiſſime:pulcre:benigniſſime:vtiliter fecit de9.dic be
Bern. atus Ber. De iſto ſpecl'o dicit.i.Chor.xiii. Videm9 nunc p ſpeculũ ĩ enigmate.
Terciũ ſpeculũ eſt chriſt9.et iſtud eſt ſine macula omnino.

Chriſtus ignis Capitulũ xi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ignis.[ i. fili⁹ dei q̃ dicit̃ ignis cõſumens. Deutero.iiij.et ad Hebre. in fine.q̃ ꝓꝓetates ſuas cõpleuit in virgine.

Chriſtus ignis .quia

- Siccus./ ab effectu.qui omnẽ humorẽ carnalitatis deſiccauit in ea. Oſee.xiij. Adducet dñs ventũ vrentẽ.vt ſupra ca. v. A.de vento q̃ ſignat ſpm̄ſanctũ.
- Calidus./dum ipam quaſi frigidã ꝑ timorẽ./accendit ad fidẽ.dicente angelo. Ne timeas maria inueniſti gr̃am apud dominũ.
- Nobilis./qñ ipo ↄcepto./aſcẽdit in mõtana cũ feſtiatõe.⁊ deide cũ eo fugit ĩ egiptũ
- Leuis./qñ ſpretis ꝑ eius gr̃am mũdi ſolicitudinib⁹:ad celeſtia eã deſideria ſubleuauit.Sopho.iij.[ In igne zeli mei ].i.in feruore et vehemẽtia dilectõis mee q̃ dilexi mariã [ deuorabit̃ oĩs terra ].i.oĩs terrenitatis amor et appetitus.
- Subtilis./qñ amota ſenſus hebetatõe./ipam impleuit ſapientia.
- Acutus./qñ ablata ſenſus tarditate:fecit eam in corde ſuo cõſeruantẽ oĩa verba q̃ dicebantur. Luce.ij.
- Inflãmans./fili⁹ enĩ dei cor matris inflãmauit eximia caritate. Vñ pater filio eze.x.[ Ingredere ĩ medio rotaꝝ ].i.in cor virgĩs. Cor enim in medio eſt. [ Rotaꝝ ] dicit ꝓpter ſciam duoꝝ teſtamẽtoꝝ.quã ipa habuit.[ Et imple manũ tuã prunis .et effunde ſup ciuitatẽ.]
- Illuminans./qui a mente virginea fugauit nubilũ totius ignorãtie.

Chriſtus ignis. q̃a ignis

## Chriſtus manna Capitulũ xij.

Manna ] Chriſt⁹ mãna. De quo.ſ.mãna dicit̃ Nũeri.xi. Cũ deſcẽderet ros ſuꝑ caſtra./deſcẽdebat pariter et mãna. Per [ caſtra ] ĩtelligit̃ virgo.q̃ terribil' eſt demonib⁹ vt caſtroꝝ acies ordiata. Cañ.vi. Per [ rorẽ ] ſpũſſctũs de quo ↄcepit.ꝑ [ mãna ] filius dei. Rorantib⁹ enĩ ei celis deſuꝑ: et ſpũſancto in eã ſuꝑueniẽte.et ei obumbrante virtute altiſſimi:ↄcepit filiũ dei q̃ figurat̃ ꝑ manna. qui de ſeipo dicit Apoca.ij. Vincẽti dabo mãna abſcõditũ. Tũc enĩ [ dabit vincẽti manna abſcõditũ ] qñ dabit illð qð ocul⁹ nõ vidit.nec auris audiuit ⁊c̃.i. Choꝛ.ij. Vel [ mãna abſcõditũ ] diuitas occulta.q̃a deũ nemo vidit vnq̃. Joh.i. Qð nobis datur⁹ eſt./qñ gl'ia ſue diuitatis nos ſatiabit. Hoc aũt manna fuit abſconditũ ſub tunica nr̃e nature:qñ diuinitas vnita eſt nr̃e carni. Qð mãna tũc nobis dabit:qñ ↄgnoſcemus vnionẽ ꝟbi cũ carne.et qñ clareſcet geniti q̃ genitura fuit. Vel etiã [ mãna abſconditũ ] corpus ei⁹ velatũ formis accidentiũ. Et principaliter ſolet iſtð exponi de ſacramẽto altaris. Et ſcḋm hoc ꝓſequemur. A

Chriſtus manna B

- Quia de celo dabat̃. Vñ Sap.xvi. Paratũ panẽ de celo p̃ſtitiſti illis ſine labore: omne delectamẽtũ ĩ ſe habentẽ:et oĩs ſaporis ſuauitatẽ. Et iſtud ſacramẽtũ eſt oẽ datũ optimũ.[ Datũ ] q̃a hic fili⁹ dei quotidie dat̃ nobis.et a pr̃e:et a ſeipo et a ſpiritu ſctõ. Et eſt [ optimũ ] q̃a ſine chriſto nihil aliud valeret. Et eſt [ omne ].i.ſufficientia omniũ.[ Et deſcẽdit a pr̃e luminũ. Joh.vi. Pater me⁹ dat vobis panem verum de celo.
- Quia album. Exodi.xvi. In quo chriſti puritas ⁊ mũdicia./q̃ eſt cãdor luc̃ eterne ⁊ ingreſſus eſt mũdũ ſine macula.qð deſignat̃ in candore hoſtie.
- Quia minutum erat. Exo.xvi. Et in hoc notat̃ chriſti hũilitas.qui ſe tam immẽſũ abſcõdit ſub tã breui forma panis et vini. Ideo dicit̃ Exo. xvi.q [ mãna deſcẽdẽs ad ſupficiẽ terre:apparuit in ſolitudine minutũ ] q̃a ſingular̃ fuit ei⁹ hũilitas.
- Quia ſubtile.q̃a modus incõprehẽſibil' nobis modo./et in vita p̃ſenti. Hoc enĩ ſacramentũ credere p̃cipimur./diſcutere ꝓhibemur.ſicut dicit ambroſius.
- Quia quaſi pila tũſum. In quo chriſti patiẽtia .q̃ attrit⁹ eſt ꝓpter ſcelera nr̃a. Iſa.liij. Paſſibil' enĩ fuit et mortal'.qð ſignat̃ in tunica vl' palea manne. Sed hec palea in pila crucis amota et ſepata eſt ab eo. In q̃ etiã ĩnuit̃ ꝙ h̃ ſacramẽtũ ↄpetit veris patiẽtib⁹. Et nota ꝙ in tũſione imminuit̃ gñũ.quia in tribulatõe debem⁹ hũiliari ſub potẽti manu dei.vt nos exaltet ⁊c̃.
- Quia ĩ ſilitudinẽ pruine albe.ſ.fuit ſuꝑ terram. Exo.xvi. Albedo ſignat chriſti pu- C

Ambro.

Chriſt⁹ ĩ ſacramẽto manna

ritatē et mūdiciā.q̄ duo ſūme neceſſaria cōmūicare volēti. [Pruine] etiā que frigida ē.q̄a in hoc ſacramēto digne ſūpto:ꝫ incentiua libidinis et vicioꝝ habet̃ ſpūal' refrigerij tēperies. Cōtra culpā.q̄a hoc ſacramētū digne ſumptū debilitat fomitē. et elidit ꝑmos mot⁹ et tēptatōes.vt poſſit dicere tal'. Trāſiuim⁹ ꝑ ignē et aquam ꝛc̄. Cōtra penā caro chriſti myſtica.i.vnitas eccl'ie.cui⁹ mēbris ꝯpetit illō. Juſtus ſi morte ꝑoccupatus ꝛc̄. [Pruina] etiā herbas nociuas extiguit. ſic ꝛ iſtud ſacramentū ꝯcupiſcētias. Terrā fertilē reddit. q̄a fecūdat cōſcientiā in bono. Lutū tegit:quia caritas chriſti in digne recipiēte opit multitudinē peccatoꝝ. Alit' [Pruina] aq̄ eſt frigore ſolidata. q̄ candida ē.et terrā reddit candidā. Aq̄ hec fuit noſtra mortalitas et defect⁹.fluida ante paſſiōem.frigore aūt paſſiōis ꝛ imortalitat̃ gloria ſolidata.q̄ terrā mēt̃ nr̄e ſi i eā ꝯ ꝯſideratōez ceciderit.cādidā reddit ꝛ decorā.

Quia erat q̄ſi ſemē coriādri albū .i.vilis oleris. Exo.xvi. Et coloris bdellij. Nūeri xi. Et saporis q̄ſi panis oleati. Quia chriſtus oīmodā vilitatē et pauptatē ꝑ nob pati dignat⁹ eſt. Vn̄ dic̄. Ego ſum opprobriū hoīm et abiectio plebis. Et ꝑpt' humilitatē hui⁹ ſacramēti ꝯtēnit' a m'tis. Itē olus eſt cib⁹ infirmoꝝ. ſicut dr̄ Rom. xiiij.et hoc ſacramentū ſuſtentat nr̄am infirmitatē.

Quia dulcedinē mellis habebat. Vn̄ Exo.xvi.dr̄ q [guſt⁹ ei⁹ erat q̄ſi ſimile cū melle.] In q̄ notat' dulcis māſuetudo patiētiſ.q̄a ꝑ crucifixorib⁹ orauit. [Simila] etiam q̄ eſt puriſſima et cādidiſſima farina.chriſti deſignat hūanitatē.in q̄ eſt plena refectio. Vn̄ Joh.vi. Caro mea ꝟe eſt cib⁹. [Mel] ſignat deitatē.in q̄ ꝑfecta erat plenitudo dulcedinis.q̄ ſatiabimur cū apparuerit gl'ia ei⁹. Hoc māna habemus mō ad refectōez.ſed ī futuro ad fruitōem. Itē Nūeri.xi.dr̄ q [erat ſapor' q̄ſi panis oleati] .i.frixi in oleo. [et habebat ſaporē q̄ſi ſimile cū melle] .i.puritatē hūanitat̃ cū dulcedine diuitatis. [et q̄ſi panis oleati] ꝑpter miſicordiā.

Aliter [Albedo] mūdicia carnis chriſti [ſimila] deitas [mel] hūanitas. In ꝯiūctōe mellis cū ſimila.vnio hūanitatis ad deitatē. Bdelliū in terra euilath inuenit'. q̄ interꝑtatur a ꝑncipio.et ſig̃t humanitatē illi⁹ q̄ ē principiū de principio. Et ē bdelliū:ſicut dicit plini⁹:arbor aromatica magnitudie oleagina.cui⁹ lacrima lucida ē. guſtu amara:et boni odoris.ſed infuſiōe vini odoratior. Et ſignat hec arbor hūanitatē chriſti.que ē mire ſuauitat̃.ad nos defundēs exēpla.et ꝑ miſicordiā oleagina.cui⁹ paſſiōis lacrima lucida ē.et imitātib⁹ amara.boni odoris ꝑ ſe: ſed infuſione vini .i.ſanguinis dn̄ici odoratior.q̄a incarnatōiſ beneficiū ſuaui⁹ ē et mag̃ odoriferꝫ reddit' ꝑ ſanguis ꝑciū.quē q̄ homo factus eſt effudit in cruce. D

Bdelliū Plini⁹

Quia ſapiebat ī ore cuiuſlibet qd̄ volebat ꝑcipue de bonis.ſicut dr̄ Sap.xvi.vt ſupra. In ſumptōe enī hui⁹ ſacramēti plena eſt ſuauitas.niſi q̄s ꝑ peccatū corruptū habeat palatū.q̄ntum enim diligit q̄s.tantū ei ſapit.

Quia manna dictū ē panis angeloꝝ. Unde in ps. [Panē angeloꝝ māducauit hō] q̄a virtute qua angeli ſubſiſtūt:creat⁹ eſt ille panis.hoc ſignificās q de celis ventur⁹ erat.qui ſpūaliter paſceret electos ſuos. Vn̄ et māna ꝑus dn̄ico die venit de celo:ad ſaturitatē populi hebreoꝝ.ꝛ chriſt⁹ natus ē tali die.

Chriſtus manna

Quia indurabat' ad ignē.ſicut dr̄ Exo.xvi.que coq̄nda ſunt coq̄te. inter q̄ enumerabat' māna. Sic chriſti hūanitas indurabat' et roborabat' ꝑ ignē deitat̃ vl' tribulatōis. Unde dicit poſt paſſionē. Aruit tanq̄ teſta ꝟtus mea. Spūſſctūs etiā cocus ē.et decoquit h̄ ſacramentū ſuo mō ineffabili. E

Quia liq̄fiebat ad ſolē.ſic̄ dr̄ Exo.xvi. Qd̄ enī ab igne nō poterat extermiāri. ſtati ab exiguo radio ſolis calefactū tabeſcebat. Sap.vi. Chriſt⁹ enī hmōi mutabilitati ꝑ nobis ſe ſuppoſuit. Vn̄ Lu.xxij. Fact⁹ ē ſudor ei⁹ ſicut gutte ſanguis decurrētis in terrā. Sol feruor tribulatōis. Vn̄.ꝑ diem nō vret te ꝛc̄.

Quia ſexta die colligebat' ī dupli̇̄. Exo.xvi. Sic chriſt⁹ ī ſexta etate collect⁹ ē duplicatus.q2 de⁹ et hō. Vn̄ et dicit' emanuel. Sic collegit thomas dicēs. Dn̄s meus et de⁹ me⁹. Sic etiā de⁹ et hō ſumit' in ſacramēto.

Quia cū rore deſcēdebat et ſꝑ colligebat'. Exo.xvi.et Nūeri.xi. Sic et chriſt⁹ in h̄

ſacramẽto cũ rore grẽ debet ſumi. Nã q̃ aliter accipit iudiciũ ſibi mãducat ⁊ bibit.
Chriſt⁹ i ſacramẽto manna — Quia mane ante ſolis ortũ colligebat. Exo. xvi. Sic ad lrãm. mane tpis debet q̃ſ-
q̃ ſurgere ad miſſam. vbi verũ mãna. i. corpus chriſti repñtat. et a ſacerdote ĩ p-
ſona omniũ fideliũ accipit. Sil᷑ nocte pcti fugata. dũ recens ẽ ingenij pſpicacitas
addiſcẽda eſt ſacra ſcriptura. q̃ ſignificat p manna. vt etatis pmicie dño offerant.
Beda — Sicut etiã dr Mar. in fi. et Lu. xxiiij. Mulieres valde mane venerũt q̃rere cor-
pus chriſti ad monumẽtũ. In q̃ ſicut Beda dic. magn⁹ feruor ĩueniẽdi dñm oſtẽ-
dit. Et in h̃ myſtice dat nob exemplũ. vt decuſſis viciorꝫ tenebris ad corp⁹ dñi ac-
cedamu⁹ [et mane] .i. cũ iam incepit nouitas vite ſpũalis. q̃ dies eſt. Vñ Ephe
v. Eratis aliq̃n tenebre. nũc autẽ lux in dño. [Altare] ſepulcrũ dñi deſignat. in q̃
carnis ei⁹ et ſanguis myſteria celebrãt. [Aromata] q̃ deferũt. odorẽ virtutũ ⁊ ſua-
uitatẽ orationũ ſignificãt. cũ q̃bus altari debemus ꝓximare.

Quia ĩ mẽſura vni⁹ gomor colligebat p ſingula capita. Exodi. xvi. Sic et q̃libet
ſacerdos debet eſſe cõtentus vno gomor in die. i. vt tñ ſemel celebret. ne iudiciũ
ſibi mãducet et bibat. Gomor interptat ↄſolatio vl pfectio. q̃a ſacramẽtũ iſtd mõ
eſt nobis ad ↄſolatõem ne cadam⁹. in futuro erit ad pfectõem.

Quia q̃ plus de mãna collegit nõ habuit plus. nec q̃ min⁹. min⁹. Exo. xvi. Sic ẽ
d corpe chriſti ſuſcepto ſub breuiſſima ꝑticl'a hoſtie. aut ſub forma maximi panis

Quia reſuatũ vſq3 mane cõputruit ⁊ ſcatebat v̄mib⁹. Exo. xvi. q̃a ↄtra p̃ceptũ mo- F
yſi faciebãt. Illis enĩ erit chriſt⁹ q̃ſi v̄mis corrodens. q̃ aliter docent q̃ ſentiãt. vl
viuũt q̃ doceãt. Unde dicit chriſt⁹ Oſee. v. Ero q̃ſi tinea effraim. et q̃ſi putredo
domui iuda. Itẽ [ecce poſit⁹ ẽ] chriſt⁹. ſ. [hic] .i. in ſacramẽto [in ruinã ⁊c.] ↄ in-
ſtitutũ ſuũ accedẽtib⁹. Et p hoc mãifeſtũ eſt. q᷑ alteri⁹ modi fuit mãna q̃ ſit eucha-
riſtia. q᷑ ſcaturiebat v̄mib⁹ vſq3 mane reſeruatũ. Euchariſtia v̄o manet incorru-
ptibil᷑: et ſumptores ſuos: ſi digne accedãt incorruptibiles reddit. Et h̃ idõ. q᷑ mã-
na erat cib⁹ corpal. Euchariſtia eſt cib⁹ ſpũalis. Et ſicut manna r̃ficiebat corpus.
ſic euchariſtia ſaginat aĩam interi⁹. Vel meli⁹. q̃a diuitas vnita carni ĩ triduo ſe-
pulture ↄſuauit eã a putredine et v̄mib⁹. Vñ. Nõ dab ſcrm̃ tuũ videre corruptõꝫ

Quia de eo dixerũt filij iſrl. manhu. qd ſignat q̃d eſt hoc? Et reſponſũ eſt. mãna. qd
interptat. q̃d eſt h̃: vel quõ ẽ iſtd: Et ita nõ termiabat q̃ſtio p q̃ſtionẽ. Et reſpon-
dit moyſes. Iſte ẽ panis quẽ dedit nobis de⁹ ad veſcendũ. Et ſp reſtabat q̃rere.
q̃d eſt hoc. donec ſũm⁹ magiſter q̃ſtionem iſtã ſoluit in cena dicens. Hoc ẽ corpus
meũ. Matth. xxvi. q. d. Nolite querere vl dubitare ampli⁹. q̃d eſt hoc? vel quõ ẽ
iſtud: in hoc ſacramẽto altaris. q᷑ ego q̃ magiſter ſum determino et dico. hoc ẽ cor-
pus meũ. Et huic magiſtro debẽt credere diſcipuli ſui. Cui ſolutõi ſi aſſenſeris p
ↄſenſum vere fidei. fiet tibi panis vite. alioq̃n fiet tibi iudiciũ mortis. q̃a ſm diuer-
ſitatẽ accipientiũ hoc ſacroſanctũ ferculũ q̃buſdã eſt electuariũ. alijs eſt venenum.
Vñ Lu. ij. Ecce poſitus ẽ hic in ruinã ⁊c. vt ſup̃ imediate. [Man] iterptat quid
vel quõ: [Mãna] q̃d eſt hoc? vel quõ eſt iſtd: Numeri. xi. [Cũ deſcẽderet ros ⁊c.]
In deſcenſu roris. incarnatio filij. de q̃ poſſunt oẽs admirari ⁊ dicere. q̃d ẽ hoc?

Itẽ hoc manna ꝓpter ſuos effectus appellat panis angelorꝫ quẽ mãducauit homo. G
Unde ps. [Pluit illis mãna ad mãducandũ. et] p id eſt [panem celi dedit eis] .i.
panẽ de celo aerio miſſũ. vl miſterio ãgelorꝫ patũ. [Panẽ angelorꝫ mãducauit hõ]
Joſeph⁹ — Efficiebat enĩ ille cib⁹ p pte quod cib⁹ angelorꝫ. Dicũt enĩ ioſeph⁹ et iudei. q᷑ q̃-
diu hoc pane veſcebant nũq̃ aſſellauerũt. hec ioſeph⁹. Hebrei v̄o dicũt: q᷑ ĩ eodẽ
ſtatu cõſeruabat illos. Unde datũ erat nõ ad reſtauratõem depditi: ſed ad ↄſerua-
tionẽ reſidui. Unde caleph dixit ioſue Eiuſdẽ. xiiij. ſe eſſe eiuſdẽ valoris cui⁹ fue-
rat quãdo miſſus ẽ ad explorandũ terrã ꝓmiſſionis. Et ideo dicit [panis ange-
lorũ] qui nũq̃ infirmant aut corrũpunt aut ſeneſcũt. Vel dicit [panis angelorꝫ]
q᷑ miniſterio angelorꝫ parat⁹ ẽ. Vel q᷑ ſignificat chriſtũ: q̃ eſt panis angelorꝫ. Itẽ
de hoc mãna dicit Apoca. ij. [Vincenti dabo] gratis. expone ſicut habes ſup̃ in
ꝓncipio capl'i. et infra particl'a. vi. c. xviij. ante finẽ. titulo. vbi chriſt⁹ dicit lignũ.
[Mãna abſcõditũ] .i. ſuauitatẽ dulcedinis interne et eterne. [Mãna] interptat

quid eſt hoc· et ſancti in eterna beatitudine recepti :et ab vbertate domus dei
inebriati intantum mirabuntur ꝙ quaſi ſtupefacti nō remanebit in eis ſpiritus.
exemplo regine ſaba·iij. Regū.x.que viſa ſapiētia ſalomōis.'nō habebat vltra ſpi
ritū ꝑ admiratōe.[Abſconditū] Iſa.xlv. Vere tu es de⁹ abſcōditus. De hac ab
ſconſiōe Exo.xvi.legiꝭ ꝙ manna ita abſconditū erat in archa :ꝙ nec ſacerdos in/
grediēs ſancta poterat illud videre. In q̄ ſignaꝭ:ꝙ q̄ntūcūqȝ ſe erigat homo ꝑ cō/
templationē ad ſupna:nō tn̄ videt deū ſicut eſt in gloria ſua. Exo.xxxiij. Nō vi/
debit me homo et viuet.

Aliter. Dn̄s in penthecoſte.'effūdēs ſup aplos ſpūſſancti dulcedinē.'dedit eis mn̄a
abſcōditū.'quod ꝑauit paupib⁹ i dulcedine ſua. De q̄ alibi. Quā magna multitu
do dulcedis t·rc.[quā abſcōdiſti timētib⁹ te].i.reſeruaſti. Sicut mater abſcōdit ⁊
reſeruat filio pomū.vl mel.aut aliq̄d quod vult ei dare. Hec eſt ſic⁹ dulc̄ Judicū
ix.q̄re li.xi.ti.i.y. Hanc dulcedinē ſenſerat Petr⁹ Matth.xvij.et q̄ſi iebriat⁹.nec
etiam volens de loco quo eā guſtauerat ſe remouere dicebat·[Dn̄e bonū eſt nos
hic eſſe.faciam⁹ hic tria tabernacl'a.] Sic deberēt facere qui vl q̄nq̄ȝ guſtauerūt
vel guſtare vellēt hoc māna:libēter reſidere in clauſtro vel cella:vt ſepi⁹ inebriareꝭ.
exemplo btē virginis in ſuo thalamo reſidētis.qn̄ veniebat angel⁹ nūciare. Spūſ
ſctūs ſupueniet in te rc. Propter h̄ videꝭ ꝙ abbates et monachi tā crebro ꝑ cauſis
leuib⁹ eq̄tātes:nunq̄ȝ guſtauerūt de hac dulcedine dei. Hoc aūt manna q̄ſdam in/
ebriat.quoſdā impinguat.et ſic vnicuiqȝ ſapit id qd̄ d̄ſiderat.ſicut iſtō māna filijs
iſrael. Unde Sap.xvi. Paratū panē rc. Vel ꝑ manna ſignaꝭ gl'ia eterna.q̄ dabiꝭ
i futuro.vt dictum eſt ſupra E.in fine.

Maria manna — Itē ſup illū locū[Ego ſum ꝟmis et nō hō] dicit Aug⁹·ꝙ maria ꝯgrue pt dici māna — Aug.
quia ē ſubtilis:ſplēdida :ſuauis: et virgo .q̄ velut celit⁹ veniēs.'cunctis eccl'iaꝝ po
pulis in cibū dulciorē melle fluxit. Quē cibū q̄ neglexerit:ſicut iudei māna faſtidie
bant.nō habebit vitā in ſeipō.ſed ei cibus hic in iudiciū ꝯuerteꝭ. Itē de hoc man/
na vermicul⁹ ꝑcreabaꝭ:qn̄ chriſtus in ꝟgine incarnabaꝭ.

¶ Hic debet ſcribi quomodo maria māna.

¶ Hic pro capitulo.xiij.debet ſcribi quomodo chriſt⁹ mel

¶ Chriſtus ros ¶ Capitulū xiiij.

Et ros.] Ros eſt ſpūſſctūs ſupueniēs ꝑncipaliter in virginē:in filij dei cōce/ — A
Aug⁹ Iſidor⁹ — ptōe.et fomitē ita penit⁹ extinguēs in ea:ꝙ nullo mō poſtea peccare potuit.
ſicut dicit btūs aug⁹. Scōm Iſidoꝝ Ros dicit.'q̄a rarus eſt.i.ꝑſpicuus et n̄ ſpiſ
ſus vt pluuia. De hoc rore dicit Ecci.xviij. Nonne ardorem refrigerabit ros rc.
Hic etiā ros ad ꝑlem fecūdauit eam.et ipa de hoc rore cōcepit. Un̄ Nūeri.xi.[Cū
deſcēderet ros ſup caſtra:deſcēdebat pariter ⁊ man.] Per[caſtra] ſignaꝭ btā ꝟgo.'
que dicit terribilis vt caſtroꝝ acies ordiata· Per rorē ſpūſſanctus. Per māna fi/
lius dei.cui⁹ incarnatōem petit eccl'ia dicēs Iſa.xlv. Rorate celi deſuper rc.

Itē chriſtus ros:qui fecundauit virginē.opa enī trinitatis inſepabilia ſunt. Ipe eſt
Chriſt⁹ ros hermon — enim[ros hermon]q̄d interpꝑtaꝭ lumē exaltatū.q̄a chriſtus q̄ eſt lux vera :ꝑmo ex
altatus ē in cādelabro crucis in paſſiōe.ſecūdo in aſcēſiōe ad celū [q̄ deſcendit in
montē ſyō].i.in btām virginē in incarnatōe.que eſt ille mons :ſuſtētans et ſuppoꝛ
tās ciuitatē eccl'ie.'que ꝑ ſyon. Matth.v. Non poteſt ciuitas abſcōdi ſupꝛa mōtē
poſita rc. Chriſtus enī ros eſt.'maxime quo ad primū aduētū. Unde dicit Oſee
xiiij.[Ero quaſi ros.et iſrael germinabit q̄ſi liliū.] In hac autoꝛitate notanꝭ duo.
ſcȝ.chriſti benignitas:et marie dignitas. Chriſti benignitas.'notaꝭ vbi ſe cōpat ro
ri. Un̄. Domin⁹ dabit benignitatē. Et hec benignitas cōſiſtit in duob⁹. Primuȝ
eſt dignatio hūilitatis. Unde dicit [ero] Scōm.'miſeratio pietatꝭ. Un̄ [q̄ſi ros]
Marie dignitas.vbi lilio cōparaꝭ. Et nota ꝙ dicit [Ero quaſi ros] extinguens
ſcȝ fomitē in ea ex toto.vel ita debilitās vt de cetero nō inſurgat in eā. [Et iſrael]
.i.beata virgo ꝑfuſa hoc rore [germinabit q̄ſi lilium] Iſrael interpꝑtatur princeps
cum deo. Maria enī ſola principatū cū deo obtinet in celo et in terra. Interpꝑtatur
Hiero. — etiā vigil cū deo:ſicut dicit Hieronym⁹.q2 ipa iugiter vigilat cū filio ad cuſtodiā

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

populi chriſtiani. [Germinabit quaſi liliũ] Liliũ enĩ nõ ſeminatõne ꝓpagaẗ:ſed
de ſubſtãtia lilij portio ſumiẗ et plantaẗ et fit liliũ. Sic beata virgo ex ſe ſobolem
ꝓpagauit.q2 de eius carne quandã portõem ſumpſit ſpũſſanctus.et formauit in li
*Dignitaſ ꝟginis* liũ.i.in filiũ.qui dicit Cãticorum.ij. Ego liliũ conualliũ. Itẽ in hac autoritate no
taẗ dignitas virginis in trib9. Primo in excellẽtia hũilitatis.cum dicit [iſrael] qd
interptatur prĩceps cũ deo.quia q̃ ſe hũiliat exaltabiẗ. Scdo in ꝓrogatiua fecũdi
tatis.vnde.[germiabit] Tercio in ꝑuilegio integritatis .vnde [q̃ſi liliũ] Et hec
tria accepit a triplici ſtatu.q̃ notaẗ ibi Eccĩ.xxiiij.[In iacob inhabita] q̃ ꝑluctum
hoc nomen iſrael acq̃ſiuit.

*Sermo ĩ ĩcarnatõe dñica* Item ꝺ hoc rore Iſa.xliiij. Rorate celi deſuꝑ ꝛc. Quod ſic debet exponi [Ro — B
rate celi deſuꝑ. et nubes pluant iuſtũ:aperiaẗ terra.et germinet ſaluatorem.]
In verbis iſtis exprimit yſaias deſideriũ ſanctorũ patrũ deſiderantiũ aduentum
chriſti in carnẽ. Et in verbis iſtis cõtineñ tres petitiões in quib9 chriſt9 petitur.
Petit ergo a celis rorẽ.a nubib9 pluuiã.germen de terra. Per celos angeli.ꝑ nu
bes ꝓphete.ꝑ terram beata virgo. Dicit ergo. [Rorate celi deſuꝑ] Quaſi di. Ue
niat gabriel ꝛ roret.i.rorẽ annũciet. Aduẽt9 ei in carnẽ ſignificaẗ ꝑ roꝛ deſcẽſũ mul
tiplici de cauſa. Primo deſcẽſus roris occultus eſt et abſcõditus. Qualiter ros de
ſcẽdit in lilium nõ videẗ.ſed ꝙ ex eius deſcẽſu ſpecioſior fit flos lilij.cognoſciẗ. De
ſcendit enĩ domin9 in virginẽ:manẽte virginitatis integritate.ſicut ros deſcẽdit ĩ
liliũ ſine lilij corruptõne. Qualiter deſcẽdit. nõ capit mens hoĩs.q2 generationẽ
eius q̃s enarrabit: Iſa.liij. Sed ꝙ in virginẽ deſcendit:credo et cõfiteor.ꝙ ex eius
aduẽtu magis incãduit flos virginis. Unñ Oſee vlti. Ero quaſi ros ꝛc.vt ſuꝑ im
mediate. Itẽ ſecũdo ros refrigerat. Unde diciẗ.ꝙ angel9.i.chriſtus:fecit mediũ
fornacis quaſi ventũ roris flantem. Daniel.iij. [Et nubes pluant iuſtũ. Nubes]
ꝓphete:qui tonant.pluũt.fulgurãt. ſed hic dicit.nubes pluant.q̃ſi di. Nõ poſſu
mus ſuſtinere fulgura vł audire tonitrua.o nubes nobis chriſtũ pluite.i.vt plu
uiam nũciate:que leui ictu ꝑcutit:et ꝑcutiẽdo rigat. Fulgurabat enĩ hec nubes
dicẽs Deutero.xxxij. Si acuero vt fulgur gladiũ meũ ꝛc. Fulgur.vindicta dñi.
qui frangit ſuꝑbos.igne cremat auaros.fetere facit luxurioſos [Pluant] inquã
[iuſtum] .i.veniat qui iuſticiã faciat de diabolo ſeductore:ſicut fecit de hoĩe ſedu
cto. Iuſte enĩ tenebaẗ hõ.ſed iniuſte tenebat eũ diabolus.quia nõ fecerat hõ dia
bolo ꝓpter qd ei nocere deberet. Unñ dñs Iſa.lij. Ablatus eſt vi popul9 me9 gra
tis.dñatores eius inique agunt ꝛc.

Sequiẗ [Aperiaẗ terra:et germinet ſaluatorẽ] Terra hec beata virgo. Quere li.i.ca. — C
vi.D.li.viij.ti.i. Sed cũ beata virgo dicaẗ ter porta clauſa.i.ante partũ:et ĩ par
tu:et poſt partũ.quomõ dicit ꝓpheta.[Aperiatur terra.] Ideo ei vtiẗ verbo ape
riẽdi.quia beata virgo.virgo erat apocriſa.i.abſcondita et concluſa.ſeipam enim
cõcluſerat. Quia ſicut diciẗ Eccl'iaſtici.xxviij. Ori ſuo fecerat oſtia.et ſeras aurib9
ſuis. Et fedus pepigerat cum oculis ſuis vt nec cogitaret de homĩe. Aperuit aũt
aures ad audiendũ verbũ angeli.cor ad credendum et cõſentiendũ.os ad cõſenſũ
exprimendũ.et orandũ.vt fieret ei quod ꝓmittebaẗ. Unde dixit.[Fiat mihi] Iõ
dixit Canticorũ.v. Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo.at ille declinauerat at
ꝗ tranſierat.[Oſtiũ] conſenſus ẽ.niſi ꝯſentiaẗ ꝟbo.verbũ nõ intrat ad cor.[Peſ
ſulum] eſt diſcretio. quia non eſt conſentiendũ niſi diſcretõne preuia. Eua enim
ita aperuit diabolo ꝙ fregit peſſulum.quia conſenſit verbo eius anteꝗ̃ precedẽ
te ratõne dijudicaret verbum. Sed beata virgo aperuit.peſſulum nõ fregit. di
cens cũ diu ꝑcogitaſſet.qualis eſſet iſta ſalutatio.[Quomodo fiet iſtud] Et poſt
hoc expreſſit conſenſum.dicens.[Ecce ancilla domini.fiat mihi ſm verbũ tuũ]
Sic igitur aperta eſt terra:vt germinaret ſaluatorem. Et anteꝗ̃ dixiſſet hec ver
ba.iã [dilectus declinauerat] vt.ſ.fieret ſeruus.quia ancille fili9 [atꝗ traſierat]
.i.ꝑ oſtiũ conſenſus intrauerat. Ideo ipa dixit.[Surrexi vt aperirẽ dilecto meo]
[Surrexit] enĩ cũ ſe hũiliauit dicẽs. Ecce an.[Apuit] cũ dixit.fiat mihi. Tãdiu

igit̃ clauſa fuit hec terra ad ꝯſentiendū .donec intellexit ꝙ poſſet ꝯcipe et parere
manēs virgo. Nō enī incarnaret̃ i ea verbū patris.⸍niſi ipa cōſenſiſſet. Vñ figura⸗
ta ē p rebeccā.⸍q̄ ꝯſenſum ſuū expſſit nubēdi yſaac. Geñ.xxiiij. Itē tercio ⌊ros⌋ iui
ſibilis.⸍eſt grã q̄ ante angeli miſſionē mariā illuſtrauit.ſed ⌊nubes iuſtū pluit⌋ qñ
angel⁹ incarnandū filiū nūciauit ⌊terra ſe apuit⌋ qñ maria credidit ⁊ cōſenſit. ⌊et
ſaluatorē germīauit⌋ .i.de ſpūſctō .ħ ē.opatōe ſpūſſancti cōcepit. Et nota ꝙ vir⸗ D
go germīauit vt herba. Unde.ij.Regū.xxiij. Sicut pluuijs germīat herba de ter
ra. Floruit vt liliū. Iſa.xxxv. Exultabit ſolitudo et florebit q̄ſi liliū. Fructificauit
vt vitis. Eccli.xxiiij. Ego q̄ſi vitis fructificaui ſuauitatē odoris. In germīe her
be viroꝛ.in flore odoꝛ et decoꝛ.in fructu ſapoꝛ et odoꝛ. Et nota ꝙ diuitas chriſti p
p̄e fuit q̄ſi ros. qui inuiſibiliter deſcēdit et aſcēdit. Ioħ.iij. Neſcis vnde veniat
aut quo vadat. Iob.ix. Si venerit ad me nō videbo eū ⁊c̃. Caro aūt ei⁹ pluuia vi
ſibilis. Cui⁹ gutte aque et ſanguis mūdum aridū rigauerūt.

Chriſtus ros

Ratōe originis. quia de celo. Io.iij. Qui de celo venit ſup omnes eſt. E
Rōe ꝓprietatis. Ros enī occulte et ſuauiter deſcēdit. Et filij dei tam ſecreta fuit in
carnatio: ꝙ mlti angeli neſcierūt. Vñ admirabant̃ in aſcēſione ei⁹ dicētes. Quis
eſt iſte q̄ venit de edom. Iſa.lxiij. Itē occulte et impceptibiliter. Vñ Iſa.liij. Ge
Chriſt⁹ ros — neratōnem eius q̄s enarrabit: Ioħ.i.dicit iohes baptiſta. ⌊Nō ſum dign⁹ ſoluere
corrigiā calci.ei⁹⌋ .i.explicare vnionē v̄bi. Itē Iſa.xxiiij. Secretū meū mihi ⁊c̃.
Itē ſuauiter.qꝛ ſuauis ē dñs vniuerſis. Suauiter enī illapſus ē vtero virginali.
ita ꝙ natura miraret̃.et mater abſq3 defloratōe grauidaret̃.
Rōe opatōis.ros enī rigat et ſuo mō terrā inebriat et fecūdat. Et ſm hoc duo ſigna
dabant̃ gedeōi Iudic̃.vi: q̄a area rigabat̃ ⁊ vell⁹ inebriabat̃. Iſa.lv. Quō deſcen⸗
dit imber et nix de celo ⁊c̃. vſq3 ibi. ⌊inebriat terrā.et infundit eā. et germīare eam
facit⌋ Ecce tria. inebriatio. rigatio. fecūdatio. quere ſupꝛa ca.viij.in fi. Itē ros ſuo
mō illuminat. Vñ Iſa.xxvi. dꝛ marie.⸍eccleſie. et fideli aīe de chriſto. ⌊Ros lucis
ros tuus. Ros lucis⌋ .i.chriſt⁹ fecūdans affectū: inq̄ntū ros.et illumināſ intelle
ctum inq̄ntum lucis.
Aliter ⌊Ros⌋ noctis.⸍grã dei ſubueniēs in tribulatōe. Itē vbi nos habem⁹ ⌊ros lu⸗
cis ros tuus⌋ dicūt.lxx. Ros q̄ ad te eſt.⸍eſt ſanitas eoꝝ.ſ.ros incarnatōis. Item
⌊ros⌋ ardorē tpis aut extiguit aut tēperat. Eccl.xliij. ⌊Ros⌋ enim.i.chriſt⁹ ⌊obui⸗
ans diabolo venīēti ab ardoꝛe⌋ .i.ab incendio.ſ.gehenne vbi habitat. vel ⌊ab ardo
re⌋ .i.a deſiderio malefaciēdi. vbi ip̄e habitat et vñ venit ad temptādū nos. vt ſecū
cōburat in foꝛnace gehenne. accēdit enī peccatores p culpā. et eos ſecū ꝯburit p pe
nam. ⌊humilē efficiet eū⌋ q̄a chriſt⁹ patiens in cruce hūiliauit calūniatorē. Unde
⌊Tu hūiliaſti ſicut vulneratū: ſupbū⌋ .i.diabolū.id ē.minoraſti potentiā ei⁹. Vñ.
Si aūt fortioꝛ eo ſupuenerit ⁊c̃. Lu.xi. nō ſicut occiſū. quia adhuc habet manū at
trahentē.⸍ſed in fine ſpiritu labioꝝ ſuoꝝ interficiet impium. Iſa.xi. et occidet ce⸗
tū q̄ in mari ē. Iſa.xxvij. Ad hoc etiā venit chriſtus vt ros in ſua incarnatōe. vt ar
dorē peccati q̄ mūd⁹ flagrabat extingueret.

Chriſtus ros F

Quia ſuauis. Mirabiliter enī et ineffabiliter iocūdat ꝯſciam quā inhabitat p grã
am. Pſal. Suauis dominus vniuerſis.
Qꝛ nutritiu⁹. Grã ei ei⁹ ē nutrix toti⁹ bōi. Vñ ſap.xvi. Oīm nutrici grẽ tue d̄ſuiebāt.
Quia nocturn⁹. Et chriſt⁹ incarnat⁹ eſt pplo gentiū in tenebris ambulāte. Iſa.ix.
Chriſt⁹ ros — qñ.ſ. vna cathena tenebraꝝ oēs erāt colligati. Sap.xvij.
Quia lucid⁹. Iſa.xxvi. Ros lucis ros tuus. In hoc notat̃ priuilegiū chriſti: q̄ ſi⸗
ne nebula fuit omnis peccati. Unde et ip̄e dicit Ioħ.viij. Ego ſum lux mūdi.
Quia frigid⁹. Et p ħ extiguēs i electꝭ ſuiſ feruorē tēptatōnū. ⁊ r̃frigerās eſtū ꝯcupia G
rū. vñ. Angel⁹ dñi deſcēdit cū azaria ⁊ ſocijs ei⁹ ī foꝛnacē. ⁊ fec̃ mediū foꝛ. q̄ſi ven⸗
Quia ſperic⁹ ē. Ducit enī p grãm ſuā ad eternitatē. cui⁹ — tū roꝛꝭ flātē. Dañ.iij.
appetitus ſeu deſideriū in figura ſperica deſignat̃.

# Que deſcēderūt i ortū ꝯcluſum

Quia modicas habet guttulas in q̄bus deſcēdit. Sap. xi. Tanq̄ȝ gutta roris ante-
lucani q̄ deſcendit in terrā. Job. xxxviij. Quis eſt pluuie pater? vel q̄s genuit ſtil-
las roris? Et hec modicitas deſignat humilitatē.
Quia matutin⁹. Oſee. vi. [Miſericordia vr̄a] .i. chriſt⁹ de pura et mera matris mi-
ſericordia nob dat⁹ eſt [q̄ſi nubes matutina et q̄ſi ros matutinus] ⁊c̄. Quia qua-
ſi cōtemptibil' in p̄mo aduētu: ſe patit̄ mō ab oīb ꝯculcari. Unde dicit. [Cōculca-
uerūt me inimici mei tota die] .i. toto tp̄e gr̄e. Sed in iudicio veniet ſicͤ grādo: et
grandinabit aduerſarios ſuos. Vn̄ Sap. v. A petroſa ira plene mittet̄ grādines.
Sterilitatē tollit. i. defectū v̄bi dei. Vn̄ puuli petebāt panē. nec erat q̄ frāgeret eis. H
Fertilitatē parit. Ideo tp̄s gr̄e dr̄ plenitudo tp̄is. Gal. iiij. Tūc enī īpleta ſunt q̄cū-
cūq̄ȝ p̄dixerāt ꝓphete. ⁊ tūc plenitudo gētiū ītrare cepit ad fidē: p aploꝝ p̄dicatōeꝫ
Incarnatio dicit̄ ros. q̄a — Herbas virētes augmētat. i. virorē v̄tutū. Ad hebre. vi. [Terra bibēs imbrē] doctri-
ne [⁊ germināſ herbā] .i. virorē fidei ⁊ bonoꝝ opeꝝ [illis a q̄b colit̄] .i. p̄dicatorib
Fructus ingroſſat. qꝛ terra eccl'ie vl' hūane ꝯſcie antea erat inanis et vacua. Gen̄. i.
Improuiſe deſcēdit. Sap. xviij. Dū mediū ſilentiū ⁊c̄.
Suauis et lenis. tūc enim lenitas dei oſtenſa ē: q̄n [apparuit benignitas et hūanitaſ
ſaluatoris nr̄i dei] .i. benignus et humanatus deus.
Refrigerat. et tunc p̄ſtitum eſt refrigeriū gratie contra eſtū vicioꝝ.
Frat H. Uel ſic exponit frater h. [Ros] .i. chriſt⁹ [deſcendēs] leniter de ſupnis: ad refrigeran- I
dū incēdiū vicioꝝ [obuiās veniēti ab ardore] .i. ardori diabolice pſecutōis [hūi-
lē efficiet eū] .i. victā reddet in cruce moriēs. Prouer. xxix. Supbū ſeq̄t̄ hūilitas.
Uel ſic [Ros ab ardore veniēs] .i. chriſt⁹ a p̄re in q̄ eſt ardor caritatis deſcēdens
[obuiās veniēti] .i. diabolo [hūilē efficiet eū] .i. hūiliauit ſupbiā eius hūilitate paſ-
ſiōis. qđ ſignificat̄ in rogatiōib in dracone. q̄ duob p̄mis dieb p̄cedit. in tercia
die ſeq̄tur q̄ſi vict⁹. Itē in p̄s. [Tu hūiliaſti ſicut vulneratū ſupbū] .i. diabolum
p tuā hūilitatē. Sicut vulneratū q̄ amiſit vires in parte. et ita diabol⁹ chriſto vul-
Hiero. nerato et paſſo debilitatus ē vt hoīem volētē reſiſtere nō poſſit vincere. Hierony-
m⁹. Debil' ē hoſtis q̄ nō p̄t vincere niſi volentē. Sed nō penit⁹ extinct⁹ eſt: vt eū
nō poſſit tēptare. qđ totū cedit ad vtilitatē hoīs. Job. xxvi. [Prudentia ei⁹ pcuſ-
ſit ſupbū] .i. diabolū. quē pcuſſit dn̄s nō p potentiā. ne ille poſſet ꝯq̄ri de violētia.
ſed p prudentiā. Unde Eccl'iaſtes. ix. Inuēt⁹ eſt vir paup et ſapiēs. et libauit vr-
bem p ſapientiā ſuā ⁊c̄. Itē Job. xxvi. Prudentia ei⁹ pcuſſit ſupbū.
Item chriſt⁹ dr̄ ros [ad ꝯſolatōem paupeꝝ. Paſcit enī rore pullos coruoꝝ. quos pa-
rētes paſcere nolūt. Dicit̄ enī q̄ corui pullos ſuos nō paſcūt: donec vidēt pēnaſ eo-
rū nigreſcere. Sic mūdi amatores illos paſcūt ⁊ amplectūt̄: q̄ nigris pēnis eis aſ-
ſimilant̄. et nō illos quos ſibi videt diſſil'es. dn̄s aūt interim paſcit illos rore gr̄e:
ſed mundus cadauerib

## Chriſtus angelus Capitulū xv.

Angelus .i. ſ. magni ꝯſilij: q̄ de celo deſcendēs: ingreſſus ē in eā. Gabriel enim
miſſus ad v̄ginē: nō ē igreſſus i eā: ſed ad eā. Lu. i. chriſt⁹ v̄o in eā. Eze. xliiij.
dr̄ de porta. Dn̄s de⁹ iſrael ingreſſus ē p eā. Et ibidē dr̄ de ip̄a porta q̄ [erat clau-
ſa p̄ncipi] .i. ip̄i archāgelo. Uel [p̄ncipi] .i. ad honorē p̄ncipis. ſ. xp̄i. Uel [p̄ncipi]
.i. diabolo. q̄ dr̄ p̄nceps mūdi. Joh. xiiij. Angel⁹ enī mal⁹ venit ab īfimis. hic nō
eſt ingreſſus i ortū hūc. Eccī. xliij. Ros obuiās ab ardore veniēti ⁊c̄. Uel [p̄ncipi]
.i. pctō. qđ i mltis p̄ncipat̄. Cōtra qđ dr̄ Ro. vi. Nō regnet pctm̄ in vr̄o mortali
corpe. vt obediat̄ꝫ i ꝯcupiſcētijs ei⁹. Itē chriſt⁹ angel⁹. Vn̄ Job. xxxiij. dr̄ d̄ hoīe.
Si fuerit p eo angel⁹ loq̄ns ⁊c̄. [Angel⁹] .i. chriſt⁹. Itē Iſa. lxiij. [Angel⁹ faciei
ei⁹ ſaluauit eos] q̄a fili⁹ imago p̄ris eſt. Ideo dicit̄ [angel⁹ faciei.] De h̄ angelo
multa inuenies in Apoc̄. Quere et expone.

## Chriſtus ales. id ē auis Capitulū xvi.

Ales .i. auis volās. Chriſtus auis. Auis dicit̄ q̄ſi ſine via. Vn̄ Sap. v. vbi
loq̄tur de aue. Cui⁹ nullū inuenit̄ argumētū itineris illi⁹. Et viam viri in
adoleſcētula dicit ſe ſalomon ignorare Prouer. xxx. De hac aue dicitur Iſa. xlvi.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vocās ab oriēte auē. et de terra longinq̄ virū volūtatis mee. Pater eni vocauit
hāc Lauē ]. i. chriſtū in aſcēſiōe [ ab oriēte ] q2 chriſtus ſp fuit ī oriēte plene cognitō
nis et integre caritatis. Zacha.vi. Ecce vir oriēs nomē ei⁹. Itē ali⁹ zachariaſ Lu
ce.i. Viſitauit nos oriēs ex alto. Vocauit eum etiā pater [ de terra lōginq̄ ]. i. ō mū
do. qui lōge eſt a deo q̄ ad amatores ei⁹. [ Virū volūtatis mee ] q̄a volūtas filij p
oīa ꝯſonat volūtati pr̄is. Habuit aūt hec auis. virginis vterū p nido. vbi format⁹
eſt ſm hūanitatē. Job.xxviij. Auro loc⁹ eſt in q̄ ꝯflat. [ Loc⁹ ] iſte vter⁹ ꝟginal.
Crucē p ptica: q̄ vocat ei⁹ accubit⁹. Cañ.i. Dū eſſet rex ī accubitu ſuo ꝛc. Sepul
crū p muta. vbi depoſuit mortalitatē et paſſibilitatē quaſi veteres plumas. ꝛ aſſū
pſit immortalitatē et īpaſſibilitatē: q̄ſi plumas nouas. ꝛ inde aſcēdit ſup cherubin
in ſua aſcēſiōe. et volauit ſup pennas ventoꝝ. Infra īuenies de auib⁹ hui⁹ orti.

Chriſtus auis

Chriſt⁹ auis
- Propter alas ꝟtutū. q̄a habuit ſpm̄ ſapiētie et ītellect⁹ ꝛ ceteros oēs Iſa.xi.
- Propt volatū ī altū. Eph.iiij. Aſcēdit ſup oēs celos. ps. Volauit ſup pēnaſ vētoꝝ.
- Propter eminentiā opeꝝ. i. Pe.ij. Qui peccatū nō fecit.
- Propt leuitatē. q̄a ſine pōdere ꝯcupiſc. De q̄ Sap.i. Corp⁹ qd corrūpit ag. animā

Chriſtus apis Capitulū xvij.

Apis. ] Chriſt⁹ apis mellis habēs dulcedinē. et aculei punctōnem. Qui vicꝫ A
tanq̄ꝫ apis paſcit inter lilia. florigerā inhabitās patriā angeloꝝ. Qui ad ſua
ueolentē ꝟgitatꝭ florē ī maria. in incarnatōe aduolauit. ꝯcept⁹ in nazareth: qd iter
ꝑtat flos. ibi īſedit. ibi adheſit. Cuius apis mel et aculeū nō ignorat. q̄ miſicordiā
ei ꝛ iudiciū decātat. Attamē ad nos veniēs. ſolū mel attulit et nō aculeū. i. miſeri
cordiā et nō iudiciū. Vñ pſuadētib⁹ q̄nq̄ꝫ diſcipul. vt ciuitatē q̄ eū ſuſcipe noluit:
ꝑciperet igne ꝯſumi. rñdit ſe nō veniſſe ad pdendū. ſꝫ ad ſaluādū. Hui⁹ apis duo
ſunt aduētus. veniēs ad ſaluandū in ꝑmo: mel tm̄ viſus ē attuliſſe. et q̄ſi aculeum
reliq̄ſſe. Veniens ad iudicandū in ſcdo. eos q̄ nolūt ſaluari: facere videbit ecōuer
ſo. Quaſi aculeū ſuū depoſuerat. q̄ñ tam indigna patiēs: miſericordiā et nō iudici
um exhibebat. Sed nolite peccare in ſpe. nolite ſperare in iniq̄tate. Q̄nq̄ꝫ eni hec
apis aculeū ſuū habet reſumere. et acriter nimis infigere. in medullis hoim impi
orū. quia omne iudiciū dedit filio pater.

Et nota q̄ hec apis ꝑmo flori virginitatis in incarnatōe. ſcdo arbori crucꝭ inſedit ī B
paſſiōe. De flore. i. de ꝟginali carne marie. opata eſt primū fauū. i. cerā hūanitatis
continentē mel diuitatis. De arbore crucis ſcdm. fuit eni paſſio quaſi fauus. nr̄a
redemptio q̄ſi mel. De hac ape dicit Ecci.xi. [ Breuis in volatib⁹ apis. et initium
dulcoris habet fructus illi⁹. ] Breuitas. hūilitas. volatilia hoīes et angeli. Eius
enim humilitas maior q̄ꝫ hoīs. Unde Lu.xxij. Quis maior eſt. q̄ recūbit. aut q̄
miſtrat. nōne q̄ recūbit: ego autē ꝛc. Item Iſa.xli. et Apoca.i. [ Ego ꝑmus ] in di
gnitate [ et ego nouiſſim⁹ ] ī hūilitate. Maior etiā q̄ꝫ angeli. Vñ. Minuiſti eū pau
lomin⁹ ab angelis. qui nō ſunt carnei. nec poſſunt mori. Hec apis flori mūdicie
virginalis inſedit. et ex eo materiā ſui opis traxit. eius odorem et pulcritudinem
nec violās nec corrūpens. Cui⁹ fructus eius opus. ſ. redemptio mūdi et libera
tio captiuorū. Hic eſt fructus quē dñs in arborē triūphalem aſcendēs apphēdit
Cañ.vij. Aſcendam in palmā ꝛc. Hoc eſt opus de quo Iſa.xxviij. bis dicit. Alie

Grego. num eſt opus ei⁹ ab eo. pegrinū eſt opus eius ab eo. Ibi gregori⁹. Quia nō ꝯgru
ebat deitati flagellari cōſpui crucifigi. et hmōi. De hoc opere dicit Eccli.xlij. Glo
ria domini plenū eſt opus ei⁹. Opus ergo qd fecit in mūdo: fuit flagelloꝝ ꝛ oppro
brioꝝ ppeſſio. hoc ope nobis eſt vita pdita data. Unde de chriſto dicit puerb.x.
Opus iuſti ad vitam ꝛc. Huic operi debet aſſilari opus cuiuſlibet iuſti. Vñ Jo.
xij. dicit chriſtus. Qui mihi miſtrat: me ſequat. Itē exemplū dedi vobis ꝛc. Fru
ctus aūt huius apis habuit initiū dulcorꝭ. quia nulla pena vl acerbitas ꝑt ei pua
lere. Item quia ꝑmam purgauit amaritudinē. quā letalis pomi guſtus induxerat.
q̄ñ. ſ. penam deleuit et peccatū. Et bñ dicitur initiū dulcoris. q̄a hic ſentitur in ſpe
et interiori ꝯſolatōe. Unde ſignificat p acetū ruth. q̄a quālibet bucellā ſapidā red

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dit et ſanā. Et nec labore frāgi./nec minis terreri. nec lōgo ſinit itinere fatigari.

Chriſtus apis L

Quia calide nature. per caritatē enim dignatus ꝓ nobis incarnari crucifigi et mori. Unde Eph. ij. De⁹ q̄ diues eſt in miſericordia./ꝓpter nimiā caritatē ſuā qua dilexit nos: cū eſſem⁹ mortui pctis: cōuiuificauit nos chriſto ₇c̄.

Quia breuis ſtature ꝑ hūilitatē. Uñ. Breuis in volatilib⁹ apis ₇c̄. vt ſup̄ eod̄ B.

Quia mel portat in ore: ꝑ ſermonū dulcedinē. Uñ. Quā dulcia faucib⁹ meis eloq̄a tua. Joh. vi. Uerba vite eterne habes. dicit ei petrus.

Quia aculeū habet in cauda./ ꝓpter iuſticiā quā exrecebit in iudicio. qd̄ erit in fine mundi dicens. Ite maledicti ₇c̄. Matth. xxv.

Quia parca in victu: ꝑ abſtinētiā. Unde dicit eccl'ia de eo. Paruoqꝫ lacte paſt⁹ ē ₇c̄.

Quia ſedula circa op⁹ ſuū. Uñ de chriſto dr̄. Exibit hō ad opus ſuū ₇c̄. [Hō] xp̄s. cuius opus nr̄a redēptio. ad qd̄ exijt in ſua incarnatōe. Unde dicit Joh. xvi. Exiui a patre et veni in mūdū. [Opus] [inquam] [ſuū] ad quod nemo ali⁹ ſufficiſſet. ₇ qr̄ ad ipm ſpectabat redemptio generis humani.

Quia mellificauit alijs: qñ nobis apiculis ſuis attulit mel diuitatis ſue: clauſū in cera humanitatis ſue. D

Quia ſexangulā facit domū ſuā./ dans illis gratiā regendi cor: et, q̄nqꝫ ſenſus: q̄s inhabitare dignat̄.

Chriſt⁹ apis

Quia mūda. nō enī inſidet ſtercorib⁹ aut florib⁹ fetentib⁹. Et de ſapia dicit̄ Sap. i. Non habitabit in corpe ſubdito peccatis.

Floribus paſcit̄. Unde Canti. ij. Qui paſcit̄ inter lilia.

Agilis./ quia [exultauit vt gigas ad currendā viam] mandatoꝝ patris.

Subtilis./ quod apparet manifeſte in domo quam ſexangulam facit.

Quia buxum colit./ puulos. ſ. ꝑ hūilitatē. ſemp̄ virentes ꝑ fidem et iugē ſanctitatē: ꝯdenſos in folijs./ ꝑ diuinā laudem: ꝑ aſſiduam oratōem: ꝑ puſillanimū ꝯſolationē: et hmōi. et inq̄rētes etnorū virorē. Job. xxxix. d̄ onagro. Uirētia q̄qꝫ ꝑq̄rit.

Quia cellā habitat. Latuit enī chriſt⁹ i cella vteri virginalis nouē menſib⁹. latet etiam in cella ſcripturaꝝ.

Quia crucib⁹ ligneis ſuſpēdit opus ſuū vt ſup̄ eodē B. Ad h̄ enī ligno crucꝭ inſedit./ vt mellis ſui ꝯficeret fauū: q̄ fuit redēptio generꝭ hūani. Cera deſignat corpa./ mel animas.

Quia recedēs a domūcl'a ſua. i. hūili ꝯſcīa. qd̄ fit qñ iuſt⁹ peccat: tenui ſibilo ꝯfeſſionis ₇ orōis reuocat̄. Propter h̄ i ſibilo aure tenuis dr̄ eſſe dñs. iij. Regū. ix.

Quia delōge ſentire dr̄ odorē roſe. Et chriſt⁹ de celo odorē marie. Uñ ipa dic̄ Cāt. i. Cum eſſet rex in accubitu ſuo nard⁹ mea dedit odorem ſuū.

Iracūda et pugnax. qd̄ erit in iudicio./ qñ reſumet aculeū ſuū. De ira ei⁹ Sap. v. A petroſa ira plene mitter̄ grādines. De pugna ei⁹ ꝯtra reprobos Apoc. ij. Pugnabo cū eis in gladio oris mei. qd̄ erit qñ dictur⁹ ē. ite maledicti ₇c̄.

Pugnat etiā cū veſpis. i. hereticꝭ. q̄ nihil habēt ſil'e cū ape. et cū apib⁹ extrancis. ſ. illis hereticis q̄ baptiſma ſuſceperūt. et cū apib⁹ ocioſis. i. illis fidelib⁹ q̄ nō faciunt opa fidei quā ꝓfeſſi ſunt. et q̄ in vacuū grām dei recipiunt.

## Incipit ſexta particula orti concluſi

I q̄ agit̄ de arborib⁹ q̄ ſolēt i ortꝭ nobilib⁹ repiri. ₇ de arborib⁹ etiā q̄ ortis nō ꝯpetunt./ ſed poſſunt ſignare mariā.

Uitis. oliua. rubus. cedrus quoqꝫ. palma. cypreſſus.
Libanus. et platanus. cinnamomū. mirra. ſtoraxqꝫ.
Galbanus. vngula. gutta. et balſamus. et therebintus.
Arbor. ſeu lignū. virgultū. virgula. virga.
Malusgranata. vel punica. ficus. amigdal.
Morus. ſichomor. abieſqꝫ. ſalix. oleaſter.
Pinus. caſtanea. laurus quoqꝫ. buxus. et vlmus.

# Ortus ꝯcluſus ſoroꝛ mea ſponſa

⁊c. Quoniã in oꝛto ꝯcluſo mlͤte ſolent arboꝛes et maxime fructifere arboꝛes repiri. videndũ eſt de arboꝛibꝰ hui⁹ oꝛti. Eccl'es.i.dicit ſalomon. Plãtaui vineas.feci oꝛtos et pomeria.et cõſeui ea cũcti generꝫ arboꝛibꝰ ⁊c. Maria ſiqͥdẽ oꝛtus:ſiue pomeriũ dñi:eſt ꝯſitũ manu ſapiẽtie omni arboꝝ genere.i.om̃imoda ꝟtute.quaꝝ videlicꝫ arboꝝ nomina ꝑ ſupſcꝑtos ꝟſus facile poterũt memoꝛie ꝯmendari.

Sapientia vitis Capitulũ .i.

Uerſus primus

Uitis ⌊Maria dꝛ vitis.'imo ipa ſe nominat vitẽ. Eccl.xxiiij.dicẽs. Ego q̃ſi vitis fructificaui ſuauitatẽ odoꝛis .et floꝛes mei fruct⁹ honoꝛis ⁊ honeſtatis. A
